





Biblioteka  
Ojców Kamedułów  
w Bieniszewie

Exmo Marti  
onali adscriptus.

P. Bonaventura  
cory

Biblioteka  
Ojców Kamedułów  
w Bieniszewie





Vera Effigies Venerab. P. LAURENTII SCVPI-  
LI Hydruntini Clerici Regularis qui obiit Neapoli.  
A. M. DC. X.

COLONIÆ AGRIPPINÆ  
Apud SERVATIUM NOETHEN. 1733.  
*Superiorum permisso*

LA  
S  
O  
CE  
SP  
E  
Cui  
CA  
  
Verfo  
ma  
  
A pl  
  
CO  
EX O

Venerabilis Patris  
**LAURENTII**  
**SCUPULI,**  
Cler. Reg. Theatini,  
**CERTAMEN**  
**SPIRITUALE,**

Ex Italico Idiomate  
Cui ab Actore consignatum est,

à  
**CAROLO ANTONIO**  
**MEAZZA**

Latinè redditum.

*Versio reliquarum omnium accuratissima.  
Et cum ejusdem Auctoris  
Manuscriptis diligentissimè  
collata.*

**EDITIO SEPTIMA,**

**A plurimis typi mendis expurgata.**

**P A R S P R I M A**

---

**COLONIÆ AGRIPPINÆ,**  
**EX OFFICINA NOETHENIANA,**

Anno M. D. CC. L.

*Superiorum Permissu*

Bj. Brem. B, VIII. 10(a)

ad piun

E Cce. mi L

TAM

nobilitat

tioma trans

ad SPIRI

ven, non ver

erim sicut

eficii tui ra

fferentiam

teris è libell

ones variis

manu scriptis

& fidelissimè

on ver sum,

ommissum

andi modos

llis non tam

nim vj sum

res habere d

humani, &

concinato

habni, à sup

exiguam ju

Christi sem

studuissem.

atque candi

di bellum, ea





Ad pium Lectorem Interpres.

**E**cce mi Lector SPIRITUALE illud CER-  
TAMEN, quod toties multi, & virtute,  
& nobilitate Viri clarissimi ex Italico Latinum  
Idioma translatus concupivere. Ne mireris,  
quod SPIRITUALIS CERTAMINIS no-  
men, non verò Pugna, vel Lucta, libello hic appo-  
suerim sicut aliis factum est; quoniam in hoc be-  
neficii tui ratio habita fuit; ut per hanc nempe  
differentiam tibi innotescat, cum aliquem vo-  
lueris è libellis istis acquirere: Hunc post reliquos  
omnes variis impressos linguis revisum, cum  
manuscriptis exemplaribus Auctoris colatum,  
& fidelissimè ad ejus mentem Italicè expressam  
conversum, magisque ceteris absolutum prælo  
commisum fuisse. Si elegantes in eo interpre-  
tandi modos, & formas non inveneris, scito, me  
illis non tam uti nescivisse, quàm noluisse. Mihi  
enim visum semper est, satis celsitudinis in se-  
res habere divinas, absque eo, quod illam ab  
humani, & debilis ingenii inconcinno, seu etiam  
concinnato mutuent stylo. Hinc pro certo semper  
habui, à supremi Numinis justitia, me poenam non  
exiguam subiturum esse, si inter caelestem JESU  
Christi sementem, terrenum immiscere aliquid  
studuissem. Purè, sincere, & methodo faciliore,  
atque candidiore, quo potui, translatus à me  
dibellum, eadem, quâ transtuli, purâ sinceritæ.

## A D L E C T O R E M

*in lucem etiam ad utilitatem tuam edere cogitavi,*  
*Qualis futurus sit sensui tuo, Lector mi, haud*  
*compertum hucusque mihi est; puto tamen, gra-*  
*tum dilectumque fore, & spiritualis fructus ge-*  
*nitorem facundam, si eâ legeris mente, quam piis-*  
*simus, & nitidissimus ejus Auctor, ac Ven. Dei*  
**Servus LAURENTIUS SCUPULUS,**  
*quam ego, humiliisque meus scribendi modus postu-*  
*lare videtur. Laudes, atque praeconia de Libello,*  
*qui omnium serè Catholicarum Regionum idioma-*  
*te donatus est, & tot summis, tum Ecclesiasticis,*  
*tum Saecularibus Principibus dedicatus, per me-*  
*metipsum hic intexere, temeritatis potius, quàm*  
*virtutis effectum existimans, praefermitto. Si cu-*  
*pis tamen aurei certè Libelli pretiositatem (ante-*  
*quam eum legere incipias) deducere, ut in eum*  
*fervidiori, ob tuum bonum, exardere possis affe-*  
*ctu, additas infra litteras perlege, quas Reveren-*  
*dissimus P. D. Augustinus Bozomo (vir, quâ so-*  
*lidioribus scientiis, quâ ingeniosioribus facultati-*  
*bus, praesertim verò Verbi DEI, summis semper*  
*cum plausibus praedicatione universam ferè per*  
*Europam celebratissimus) Italico sermone Roma*  
*typis datas, ad quacunque sui Ordinis misit Cœ-*  
*nobin, dum adhuc munere Praepositi Generalis to-*  
*rius Ordinis fungeretur. Per eas etenim (licet*  
*Religiosos suos ad cultum FRANCISCI SALES,*  
*nuperimè inter BEATOS adscripti praecipuè ad-*  
*hortetur) Libelli, nihilò tamen minus aestimatio-*  
*nem, praeter invidiam quidem, sed intra candi-*  
*dioris veritatis consinia satis expressisse videtur,*  
Haec

AD LECTOREM

Hæc litteras unà cum illustrium Auctorum elo-  
giis non longè habes in Latinum conversas; non  
parum enim hæc omnia tuo collatura non tam con-  
ceptui, quam profectui adjudicavi. Subdidi quo-  
que ante 1. Capitulum SPIRITUALIS CER-  
TAMINIS Orationem ad ipsum BEATUM  
SALES, ut, priusquam legendum adeas librum,  
ore simul, ac mente eam volvas, atque ab eo gra-  
tiam istam exposcas, non nihil saltem devotionis,  
& spiritus delibandi à SPIRITUALI CER-  
TAMINE, quem aburde, ac summas usque  
ad delicias anima hausit Vir Sanctissimus: atque  
in sua spiritualia opera, sydereis digna caracte-  
ribus, ad innumerorum auxilium, salutemque ho-  
minum perenniter derivavit. Age, igitur, neque  
Magistrum (sic enim SALES SCUPULUM  
appellabat) sine Beati, expertique discipuli patro-  
cinio invisas. Nam, sic agendo, Herois utriusque  
amore invicem conjunctissimi utilitatem, opem, &  
fructum degustare tibi suavissimè à Domino conce-  
detur. Sælus diu non excurrat Libellus, ubi scive-  
ro, quod versis hæc plana, facilis fructumque so-  
lum quaerens (ideoque inculta, inornata, & im-  
polita) placeat, promitto scilicet, me tibi alteram  
SPIRITUALIS CERTAMINIS partem,  
seu secundum SCUPULI Operum Tomulum  
redditurum pariter Latinitati. Interea tamen  
ne meî obliviscaris, qui, pro exiguo insumpto  
labore nihil aliud flagito, quam orationes tuas,  
ut, iisdem intercedentibus, divina cooperer gra-  
tia: faventeque Optimi Numinis misericordiâ sal-



A D L E C T O R E M.

unquam. Vale, & errata, in qua inter legendum  
offendes, ex parte mihi absenti a Typographia, ex  
parte Typographorum consuetudini ignoscere con-  
tentus esto.

K. B. in Christo P. P. & F. F.

**M**agnus affectus, ac amor, quò sanctus Episcopus, & Geneva Princeps FRANCIS-  
CUS SALES nostrum Ordinem semper est pro-  
secutus, nec non Libellum, & quidem præcipuè  
SPIRITUALIS CERTAMINIS, com-  
positum à piissimo, & Ven. P. LAURENTIO  
SCUPULO, qui ob suam profundissimam hu-  
militatem, dum viveret, excurrere illum tantum  
concessit sub nomine Clerici Regularis. qua de cau-  
sa ab Hispanis, Gallis, ac Italis, sed inprimis à  
BEATO SALES, THEATINORUM liber-  
est appellatus; & verè hoc eum decet nomen; quip-  
pe quod Lac est Tyronum nostrorum, panis profes-  
sorum, studiis incumbentium Confessionibus,  
Concionibus, conversionibus, & directionibus ani-  
marum; tum suavis quoque ac dulcis ambrosia  
nostrorum Contemplantium: hoc è Libello Lac  
escamque substantialem spiritualis saporis suxit  
sanctissimus Praesul, BEATIUS Asceta: cum cha-  
rum sibi, & dilectum voluit, ac vocavit, cunctis-  
que eundem præfererat apud eos, qui ad ipsius  
consilium circa spiritualia confugebant: at illis  
praesertim, qui sub umbra sua tutelari in pietatis  
operibus subiciebantur, neque solum in genere  
sed & particulariter Capitula ipsis assignans; Illi  
enim

A D L E C T O R E M

enim in more erat dicere, quod Liber ille proprius erat director, & praeceptor in spirituali palestra, vitaeque interioris reformatione; Et ex hac pretiosa semente divitem librorum suorum incomparabilium collegit messem, maximèque nullis aequanda laudibus PHILOTHEÆ, inter quam, nostrumque Libellum pulcherrimas reperit, ostenditque similitudines Episcopus eruditissimus de BELLEY, ac supra primum utriusque voluminis Capitulum devotissimum, edidit de interiori Reformatione Tractatum: Igitur affectus hic præstantissimus BEATI SALES ad honorem obsequiumque præmeritum immortalis ejus jacrandum Nomini semper nostrum urgere Ordinem visus est. Ac isto tempore, quo Sanctissimus D. N. ALEXANDER VII. P. O. M. Litteris suis Apostolicis datis sub Decembris die vigesima octava 1661. tanto Prasuli nomenclaturam, cultumque BEATI donnavit, volumus nos supra ceteros omnes in ejus decus, atque venerationem exardere. Quam ob causam, communes hæc litteras, pro singulis Nostratium Domibus, typis curavi imprimi, ut Pa. Pa. V. V. invigilent, extollantque ubique BEATI gloriosissimi Nomen, promulgatione Sanctitatis ejus vitæ, atque dispensatione Collectæ in ipsius honorem à ferventissima D. N. ALEXANDRI VII. devotione efformata, quæ paucis, ac veluti in Compendio, micrè, piissimèque BEATI Episcopi spiritum, explicat, & dignitatem; ita pariter pœnitentibus, & spiritualibus filiis aureorum ejus codicum lectio-

AD LECTOREM.

nem quam diligenter commendent: & quidem perfectis in via spirituali DE AMORE DEI tractatum, illumque super, CANTICA: proficientibus, & Religiosis DIRECTORIUM, SPIRITUALES OCCUPATIONES, & similia; incipientibus vero, imò cujusvis conditionis hominibus omnium maximè PHILOTHEAM, quæ manna est, ex quo saporem illum quisque delibat, quem esurit, cupitque, nec absque progressu unquam saluberrimo, praterquam, quòd eâ pascuntur omnes sine ullo labore, atque molestia; cum facilem, suavem, dulcemque omnibus ad Celorum Regnum viam ostendat. Domum totis viribus studeant, naventque operam, ut excelsum BEATI meritum magis, magisque attollant: ejusque in omnibus devotionem inserant, quâ melius ad festivitatem ipsius Canonizationis brevi speranda disponi queant; quo tempore & nos in Templis nostris juxta debitum, nostramque pauperiem, ad supremi, BEATIQUE PRINCIPIS decus, ac gloriam, aliquam saltem nostrorum desideriorum partem perficiemus. Omnia B. R. V. V. injungo, eò vel magis, quòd uni è Nostris ad pedes D. N. P. M. accedenti cum quibusdam operibus Sanctitati sua dicitis, ex se, motuque proprio jusserit Sanctissimus idem Pontifex, ut suo mihi Nomine renunciaret, obligationem, quâ n. s. tra Religio BEATO SALES devincta est: quodque Beatum ipsum inter Filios suos, & numerare, & colere debeat, cum è prædicto Libello nostri SCUPULI suum omnem spiritum traxerit, ac solidaverit. Quæ



A D L E C T O R E M

omnia aptiori postea expressione iteravit mihi, ubi ipsius pedes, pro tot summa benignitatis ostensionibus, quibus nobis perpetuò favere non desinit, exosculandos adivi. Quapropter totum R. R. V. V. exequantur oportet, nedum ob mandatum hoc meum, verum etiam ob praeceptum Sanctissimi Domini nostri, cui immediate subijcitur, & à quo tot gratiarum, honorumque quotidie accipimus effusiones. Quorum occasione R. R. V. V. jubeo, ut ante BEATUM FRANCISCUM preces effundant ad longam vitam, anno sive felicissimos Sanctitati suae impetrandos, in nostri Ordinis, totiusque Christiani Orbis beneficium, atque solamen. Dominus Deus noster R. R. V. V. benedicat, & bonos, perfectosque suos vos servos efficiat rogo, Roma duodecimâ Februarii M. DC. LXII.

R. R. V. V.

*Servus in Domino*

D. Augustinus Boxomo,  
Præpositus Generalis  
Cler. Regg.



*Brevis Notitia Vitæ Ven. Patris.*

*ac DEL Servi,*

LAURENTII SCUPULI,

Clerici Regularis,

Auctoris:

CERTAMINIS SPIRITUALIS.

Ejusdemque CERTAMINIS Elogia clarissimorum virorum, è probatissimis sæculi nostri Scriptotibus ab interprete excerpta, fideliterque huc redacta.

*Ad honorem & gloriam JESU CHRISTI,  
qui tantum Auctori in se humillimo virtutem,  
atque spiritum indidit, ad Christianum  
Orbem in spiritali vita  
erudiendum.*

**O**pusculo non nihil deesset; nisi aliqua hîc inferetur de vita devotissimi Auctoris CERTAMINIS SPIRITUALIS notitia; & quædam affigerentur elogia, quibus non exiguum me allaturum esse Libello æstimationis, haud suspicor, incrementum.

Hydrunti; ut à SCUPULI cunabulis exordiamur, quæ urbs est integræ Provinciæ Regni Neapolitani nomen imponens, præ æclaris parentibus ortus est SCUPULUS.

LUS. A pueritia, florentique iuventute in  
 studiorum hortulis, sublimiorum scientia-  
 rum deliciis passus est ad ætatem usque an-  
 norum circiter quadraginta. Verum, quia  
 Spiritus Divinus in animarum instructo-  
 rem, & moderatorem illum destinaverat,  
 ad Beatum ANDREAM AVELLINUM  
 Cler. Reg. eum misit, qui tunc temporis  
 Neapoli cum sanctitatis fama quam maxi-  
 ma degebat, atque egregius præceptor spi-  
 ritus habeatur. Hinc paulò post, anno  
 scil. nostræ salutis 1570. per ipsummet B.  
 ANDREAM in Divi Pauli Cœnobio sus-  
 ceptus est, & Clericorum Regularium al-  
 bo adscriptus: tum in virtutum omnium  
 exercitatione eruditus, ut cœlestes fructus  
 intrinsecus productos, extrinsecus inde  
 proderet, cæterisque in proximorum salu-  
 tem degustandos præberet. Addidit quo-  
 que SCUPULUS B. ANDREÆ docu-  
 mentis spiritualium librorum lectionem,  
 per quam à sanctis Patribus, aliisque ab  
 Auctoribus inter divina plurimum versa-  
 tis uberiores in sui, animarumque intima  
 frugem derivaret. Et successit planè juxta  
 Beati, sui que cupiditatem; nam ita in spi-  
 rituali profecit palæstra, ut brevi è disci-  
 pulo, magna cum præstantiorum homi-  
 num admiratione, magister verè in ea cele-  
 berrimus effectus sit. Quare accedente,  
 Superiorum jussu, proximorum directio



nem, fervidiori charitatis animatus æstu, suscepit; Quo in exercitio sic erat divinitus edoctus, ut nedum singularis, sed unicuique in eo à pluribus diceretur: adeò amabilem, facilemque spirituales viam monstrabat, optandamque apud omnes reddebat interioris hominis reformationem. At quando expoliendæ alienæ pietatis peritia insignem sibi conciliaverat opinionem, & nomen, communis hominum hostis ægrè ferens tot, tantasque à SCUPULO sibi illatas ruinas, majoresque prævidens imposterum imminere, nobilissimo DEI servo, Heroique intaminato teterrimam ignominiam molitus est Quæ secuta hîc fuerint, ex eruditissimo, florentissimoque P. D. Josepho Silos, Annalium Clericorum Regularium Historico, verè numeris omnibus absoluto delibare jam placeat, Sic ille quasi ad verbum:

(a) Sed, dum secundè velificatur SCUPULUS, naufragium facit existimatio. Nempè familiare est sapientissimo Numini casus permittere, ut mortales erudiat, in lubrico rem esse, quoad vivimus. Interdum verò & immunes etiam culpâ mulctat, ut probet. Tritum namque illud, nisi adversis virilem indolem ac virtutem minimè expoliri: idque esse stirpium genus robu-

(a) *Histor. Cler. Reg p. 2. à Congreg. condita anno Domini 1629.*

robustissimum, quod venti maximè verberant, asperantque. Igitur, qui alios in palaestra virtutum exercebat, docebatque humanæ tolerantiaë laudes; exemplum agere, suamque vicissim periclitari patientiam contigit. Enimverò, quæ est sanctioris disciplinaë ratio, ut non modò crimen, verùm etiam criminis speciem vindicet, cùm in gravioris culpaë (quâ denigratus nunquam fuerat) suspicionem venisset SCUPULUS, statui de ipso severiùs oportuit: irrogatumque non leve quidem supplicium, ut lueret, aut noxam, si admisisset, aut imprudentiam (à qua pariter longè abesse postmodum visus est) quod noxæ suspicionem creâsset; & simul moneret reliquos censura, caveretque aliorum valetudini propinatum uni vel tantum reputato culpabili, medicamen. Et verè tulit ipse incredibilem patientiâ diutiùs pœnam; quâ postea defunctus, quantus inde virtutum omnium, humilitatis præsertim fructus extiterit, eximio quodam tenore disciplinaë luculenter demonstravit. Etenim incredibile exinde solitudinis amor, & studium fuit. Humilitati exercendæ non communi cæteris Clericis capitis integumento, sed, quod Laici Ordinis Fratres gestant, uti voluit; nec nisi viennio, antequam è vivis excederet, exorari passus est, ut ejusmodi capitis tegmen mutaret. Adhæc, domestica

obire munia, & quæ maximè laboriosa, ac vilia, nempe fullonicam, panificium, scopas, aderatque subsidiaria manu, & ope Laicis. Paupertas in suū cultu planè ingens. Lectulus, scabellum, vulgaris in cella effigies, præterea nihil. Contemplatione apprimè addictus; concepto ab ea mentis exercitatione rerum divinarum sensu, quem, & aliis perquam aptè instillare solitus erat. Plurimum siquidem, uti paulò antè inuimus, in erudiendis mortalibus, tractandisque animis valebat, instructus peculiari quâdam arte, ac vi facundiæ, quâ mores instituere, spiritum formare, amorem virtuti conciliare, adhortari, consolari, fructu quidem inenarrabili videbatur. In hac verò divinorum eruditione, ac usu, quantum esset versatus, libellus ille asceticus, cui titulus, **PUGNA SPIRITUALIS**, luculenter ostendit. **ASCUPULI** calamo, & vigiliis aurea illa lucubratio: sed qui minùs famæ, humilitati multùm studebat, suppressi Auctoris nomen voluit, quod postea appositum, Majorum nempe jussu, qui commendatum passim fœtum illum egregiæ mentis, quod incerto patre vagaretur, adoptari à pluribus exteris, haud à quo animo tulère; iusseruntque inscribi suo nomine.

Libelli prærium abundè constat ab ejus inter viros doctos, ac pios fama. Recudi sapius



sæpius oportuit, & ut non uni populo, ac  
genti prodesset, in alia, atque alia subinde  
idiomate transferri. Enimverò ex Italico,  
cui ab Auctore primùm consignatus, An-  
glicus, mox Belgicus, Cantabricus, Hispan-  
nicus, tum Germanicus, Indicus, & Galli-  
cus sæpissimè, demùm à *Jodoco Lorichio* in  
Friburgensi Brisgoiæ Academia Theolo-  
giæ Professore, ac scriptis voluminibus  
percelebri, Latinitate, etsi non integrè,  
donatus. Qui quidem affixâ ad Nigræ Syl-  
væ Abbatem epistolâ, nimium quantum  
præclari Operis dignitatem, utilitatemque  
in ea laudat: consignatque egregium pla-  
nè testimonium, iis omninò verbis: \*

Inserta de CERTAMINE SPIRITUA-  
LI, ejusque Auctore, Elogia.

\* **I**N Tractatu hoc perbrevis ordinatissimè, ac  
perspicatissimè complexus Auctor est omnia  
ad spiritualis vitæ optimam perfectionem paran-  
dam necessaria, quæ alii multis, ac magnis libris  
vix assecuti sunt.

Tum idem Lorichius rationem docens,  
modumque legendi accuratè, & cum fru-  
ctu librum, *Præciosum, ipsum, optimarum gem-  
marum thesaurum, & dignissimum spiritualium  
pharmacorum myropolium* vocat.

Insigni Lorichii de SPIRITUALI  
CERTAMINE testimonio aliud addere  
non abs re duco de ejusdem Certaminis  
Auctore

ELOGIA VEN. PATRIS

Auctore præconium *Caroli Manoleffi*, qui in impressione Bononiæ multos ante annos ob suū iussu denuò peractà, in nuncupatoriis ad Serenissimam, Regiamque, & vitæ sanctitate commendatissimam Infantem **MARIAM** à Sabaudia litteris, hæc profus Italico sermoni respondentia fatur:

*Ordinatus fuit Libellus hic ab Heroë illustri magis, ac in spiritualibus exercitato, quo gloriata unquam fuerit Christiana militia, ab Adm, scilicet Rev. P. D. LAURENTIO SCUPULO, Clerico Regulari, Opus tanti pretii, estimationisque confectum est.*

Ne tamen hæc, multa licèt, pauca esse censeantur, non prætermittenda videntur alia libris suis cælestibus consignata à Viro sanctimonix famâ longè per Galliam, & totum terrarum ambitum celebratissimo, nempe **B. FRANCISCO SALES** Episcopo, & Principe Genevensi, qui non probare utcunque Libellum videri voluit, verùm etiã, & suas appellare divitias, & aliis inculcare etiã, atque etiam ut perlegerent, solitus erat. Quas laudes piissimus hic Antistes, præcipuè in suis epistolis tribuit, fuit, qui accuratè collegerit, & ut tanti Viri iudicio, ac calamo accederet pondus, ac pretium, in ipso ejus Opusculi vestigio, in ea videlicet, quæ ex tot Gallicis impressionibus, ac editionibus fuit ultima, affixas voluit:

voluit. Illas hinc libasse ad pii Lectoris delicias opportunum, haud dubito, fuerit. (a) Hæc magna ex parte *Silos*, Vir, uti probatâ sapientiâ, itâ & fide, à quo & sequentia omnino per me eruta, ut cum SPIRITUALIS CERTAMINIS encomiis pernitido, amænoque ejus stylo fruaris, mi Lector. Igitur hoc ille Ordine ea refert.

Libro 2. ep. 26. & 34. ad Matronam quandam de piorum codicum lectione scribens SALES, ubi Libellos aliquos perdifficiles, ac suamet caligine obvolutos pronunciâisset; *Lege*, inquit, *ac relege pugnam Spiritualem*: *Hic tibi Liber per familiaris, ac charissimus esto. Perspicuus valdè is est, totusque induci in morem potest.*

Epist. verò 39. alteram item nobilem foeminam ad virtutem, dum instituit, *Relege*, (inquit) *Spiritualem Pugnam*, *cujus, dum attentè perpendes documenta, nihil profectò ejus erit studio fructuosus.*

Viduam lib. 4. ep. 80. sub 24. Julii 1607. dum ad cordis simplicitatem hortatur, monetque, ne tam impensè à tentationibus liberari postulet: *Filia*, inquit, *percurrere Caput 37. Pugnae Spiritualis. Hic mihi liber maximè ad cor, quem decem, & octo annos mecum semper habeo, ac nunquam sine fructu legi.*

Alteram itidem prænobilem Viduam ep. 70. lib. 5. ad tolerantiam in peracerba  
filii

(a) *Histor. Cler. Regul. lxxo ubi supra.*



ELOGIA VEN. PATRIS

filiū morte hortatur, in ea verba: Pernece-  
 sarium semel in hebdomata id potissi-  
 mum incumbere, ut Dei voluntatem velis.  
 ac ames, non modò generosius, sed, ut quid  
 mejus dicam, mollius etiam, quàm huma-  
 na simul omnia, idque non in rebustan-  
 tium levioribus, sed in perarduis etiam, &  
 quæ natura vix ferat; *Ut in libro, quem tibi Je-  
 pitus commendavi de Spirituali Pugna, cogno-  
 scas: sublimis quidam, filia, hic Liber, & sublimis  
 etiam Deus, & sublimis, ad quem tendimus, finis.*  
 Hæc Sales, aliaque per multa, quibus su-  
 persedeo, in suis epistolis.

In libro autem, cui titulus, *de spiritu Vene-  
 rabilis FRANCISCI SALES*, hæc habes:

Parte 3. sect. 12. *Liber de imitatione JESU  
 Christi verè aureus est, ac major laude: at non is  
 erat, quem legendum maximè propinaret SALES:  
 sed Pugnam Spiritualem, qua illi semper in  
 manibus; & ut ipsemet retulit, ac scripsit, annos  
 duo de viginti, & eò amplius semper secum gesta-  
 verat, ut ne diem quidem dilabi permiserit, quin  
 Caput ex ea aliquot, aut paginam legeret. Et si  
 quis attentè rem expenderit, cognoscat sanctissimi  
 hujus Viri spiritum ab eo libro extitisse.*

P. 7. s. 7 Hic idem Auctor. *Tres, ait, præ-  
 stantissimo Antistiti in pretio libelli erant, sed ante  
 omnes Pugna Spirituality, quam probare clien-  
 tibus vel maximè conabatur.*

P. 14. sect. 15. *Interrogatus SALES, quis  
 ejus spiritus moderator fuisset? Pugnam Spi-  
 ritualem,*

LAURENTII SCUPULÆ.

ritualem; quâ nunquam exarmatus, ostendens: *Eccet tibi, inquit, meus ab adolescentiâ Rector, ac spiritus Magister, Patavii cum agerem, quidam ex Clericis Regularibus, ut legerem, monuit: successit planè cum fructu monitum.*

\*Hucusque Silos meis summa cum animi delectatione lustratus oculis. Ulteriùs P. D. *Carolus Palma*, ejusdem Clericorum Regularium Ordinis Vir, tum in scientiis illustrioribus, tum in oratoriis litteris, sacrisque concionibus undèquaque laudandus, ac longè latèque, nedum per Italiam, sed exta (ut fama est) clarissimus, qui subsequentiâ ex eadem p. 14. sect. 15. utpote prolata ab ore Beati SALES sumpsit, atque in *Spirituali Carramine*, jussu Reverendissimi P. D. *Francisci Carafæ*, Clericorum Regularium olim Præpositi Generalis, recognito, cum auctoris manuscriptis comparato, diligentissimèque ad illorum sensum emendato, Italico postea idiomate, Romæ, typis Mascardi, impresso, post enarrata immediatè superiùs ab Auctore de spiritu Beati SALES, etiam inseruit:

\*Compositus autem fuit hic Liber à S. Heròe illustris illius Congregationis, qui nomen suum caligine ob profundissimam humilitatem involvit, & excurrere tantùm illum permisit sub nomine sua Religionis, qua illo eodem fermè utitur modo, quo R. R. P. P. JESUITÆ sancti IGNATII LOJOLÆ Exercitiis: quâ ratione inde putandum est,

ELOGIA VEN. PATRIS

*Clericorum Regularium, seu Theatinorum Librum vulgò, per Italiam, Hispanias, & Gal-  
liam, vivente vel ejus Auctore, appellatum fuisse.*

His iterum Silos Beati SALES prote-  
quens de Libro SCUPULI Elogia. Semel  
accidit, ut quidam Librum de Imitatione  
CHRISTI lumènè laudaret, ac præferret  
longè Pugnæ Spirituali; Ad hæc SALES:  
Utrumque, inquit, *Libellum Viri duo. Divino  
quodam spiritu afflati videntur mihi composuisse.*  
Diversa iis ab argumenti genere forma, ita tamen,  
ut de utroque dici verè possit: Non est inventus  
similis illi. *Excedunt sese mutuo, & in Pugna  
quidem spirituali ordo, & dicendi ratio, quæ ma-  
teriam prorsus exhaurit, magis commendatur Ad  
extremum insigni eâ sententia litem dire-  
mit: Ad vitæ spiritualis progressionem debere alte-  
rum legi, alterum non omitti. Sed commenda-  
ndæ frugiferæ ad eò Scriptioni, ejus Au-  
ctori hæcenus hæc à Viro religiosissimo, &  
cui ab usu virtutum eximia inerat divino-  
rum peritia.*

Quibus unum addere lubet eidem san-  
cto FRANCISCO SALESIO consan-  
guinitate conjunctum, CAROLUM nem-  
pè AUGUSTUM DE SALES, Geneven-  
sem Episcopum, qui in vita Patris sui san-  
ctissimi Latine scripta, anno 1634, & ad  
Urbanum VIII, summum Pontificem di-  
cata, hæc lib. 1. intexuit: *Accessit, inquit  
pro complemento piissimi Theatinorum Libelli, cui  
Spi-*



LAURENTII SCUPULI,

Spirituali Pugna titulus est, utilissima lectio: hunc tanquam demissam à calo divinam Epistolam assidue terebat manibus, & per annos septendecim deinceps gestavit in perula.

CONCLUSIO VITÆ

AUCTORIS  
CERTAMINIS SPIRITUALIS.

Q UOD si imago quædam animi cuiusque scriptio est, libeat ab *spirituali* hoc *Certamine* Virum laudatissimum, victoremque sui SCUPULUM, veluti de vultu agnoscere, ac statuere, non potuisse, nisi optimè atque ad interioris hominis regulam vivere, qui optimè de interiori homine scripsit. Hic finem facit Silos mihi à lectione nunquam sine animi deliciis per familiaris. Præter quæ, utpotè cœcilia ipse accuratissimè perlustraverit, & brevi, pleneque velut in compendio SCUPULI vitam clausit, atque virtutes, nullam aliquam in super ducens ego concupisci posse de iisdem noticiam, ulterius non pergo.

O R A T I O

Ad postulandam S. FRANCISCI de  
SALES intercessionem.

Oremus.

D EUS, qui ad animarum salutem BEATUM FRANCISCUM Confesso-

rem


rem tuum, atque Pontificem omnibus  
omnia factum esse voluisti, concede pro-  
pitius, ut charitatis tuæ dulcedine per-  
fusi, ejus dirigentibus monitis, & suf-  
fragantibus meritis æterna gaudia con-  
sequamur. Per Dominum nostrum JE-  
SUM CHRISTUM Filium tuum,  
qui tecum vivit, & regnat in unitate Spi-  
ritûs sancti DEUS per omnia sæcula  
sæculorum.



**V**OS hodie contra inimicos vestros  
pugnam committitis; non perti-  
mescat cor vestrum, nolite metuere, no-  
lite sedere, nec formidetis eos; quia  
Dominus DEUS vester in medio vestri  
est, & pro vobis contra adversarios  
dimicabit, ut eruat vos de  
periculo.

Deuter. XX.





CERTAMINIS  
SPIRITUALIS  
CAPUT I.

*In quo consistat vera Christiani hominis perfectio; quod pro ea pugnandum sit; & de quatuor mediis ad eam obtinendam necessariis.*

**S**I cupis, Fili mi, ad veræ perfectionis apicem ascendere, Deoque tuo adhaerendo fieri unus, & idem spiritus cum eo, (quo nihil majus, nihil melius, nihil præstantius excogitari potest) ante omnia scias oportet, in quo sita sit vera spiritualis vitæ perfectio.

Multi enim, absque matura consideratione prius facta, crediderunt, perfectionem hanc constitutam esse in vitæ asperitate, carnis maceratione, ciliciis, disciplinis, jeuniis, & vigiliis multis, aliisque similibus corporis afflictationibus, & mortificationibus.

Alii, (& præsertim mulieres) purarunt, se ad summum perfectionis gradum pervenisse, cum plures vocales orationes recitant, multis sacris; divinisque officiis

A

• assistunt,



assistunt, & templa, atque Communiones frequentant.

Alii (inter quos etiam quandoque non nemo religiosus in Monasterio degens) sibi persuaserunt, perfectionem hanc in chori frequentatione, in silentii, solitudinis, & reliquæ regularis disciplinæ exacta observatione omninè esse radicam.

Atque ita, quidam in his, quidam in aliis hujusmodi actionibus exterioribus fundatam existimârunt.

Quod tamen ita non est; quia, licèt prædicta opera, & exteriores actiones aliquando sint mediæ veræ perfectionis acquirendæ, aliquando effectus, & fructus ejusdem perfectionis jam acquisitæ, nunquam tamen dici potest, hanc veram perfectionem, & spiritum in illis tantùm consistere.

Sunt equidem mediæ efficacissima ad verum spiritum consequendum iis, qui bene, prudenterque eisdem utuntur, scilicet; ut robur acquirant contra propriam malitiam, & fragilitatem; ut se muniant contra incursus, & insidias infernalium inimicorum; & demùm, ut illa spiritualia auxilia congerant, quæ omnibus DEI servis, & maximè tyronibus in hac spirituali palæstra, necessaria sunt.

Sunt etiam fructus, & effectus spiritus jam acquisiti in hominibus verè spiritualibus qui corpus suum castigant, (ed quòd  
DEUM

DEUM offenderint) ut illud subjectum, & humiliatum reddant ad obsequium ejusdem DEI, degunt in solitudine, & silent, ad evitandas vel minimas occasiones peccandi; atque ut in cœlestibus habeant conversationem, ad cultum Divinum, & pietatis opera incumbunt; orant, & meditantur passionem JESU Christi, non curiositatis, & consolationis causâ, sed ut propriam malitiam, & perversitatem, nec non Domini clementiam, & bonitatem melius agnoscant; tum etiam, ut magis, magisque in se amorem Divinum, & sui ipsorum odium in semetipsos accendant: per abnegationem, bajulantes semper Crucem post Filium Dei; ac tandem divina Sacramenta frequentant ob majorem Domini honorem, & gloriam; ut cum eo intimiùs uniantur, utque novas, & validiores vires contra adversarios in via spirituali recipiant.

Allis tamen, qui in supradictis exterioribus operationibus totum fundamentum perfectionis ponunt, ruinam, (non ratione operationum, quæ in se bonæ ceteroquin sunt, sed propter malam utentis dispositionem) & exitium faciliùs causant, quàm manifesta facerent peccata, eò quòd, illis exterioribus tantùm vacantes, interiori hominem negligunt, & cor suum in manu propriarum inclinationum, &

occulti dæmonis relinquunt, qui eos extra viam rectam perfectionis aberrantes videns, non solum eosdem finit cum interno solatio in dictis exercitiis progredi, verum etiam ita iisdem delectari, ut Paradisi deliciis frui sibi videantur; putentque se elevatos esse inter Angelorum choros, ac Deum intimè sibi loquentem audire; unde nonnunquam in quibusdam curiosis, altisque, ac sibi dulcissimis contemplationibus absorpti adeo sunt; ut mundi, & creaturarum omnium se oblitus credant, atque in tertium usque Cælum elevatos.

Sed in quàm gravibus erroribus isti implicentur, quàmque longè à vera perfectione (quam nos quærimus) absint, facile ex eorum vita, & moribus deduci potest; Similes enim homines in omnibus rebus magnis, & parvis, anteferri aliis volunt, aliisque præire: sunt duræ cervicis homines, in voluntate propria obstinati, cæcutientes in suis, curiosi in alienis, ac dicti, factique alterius murmuratores.

Quòd si, vel leviter, tetigeris vanam reputationem, in qua se esse putant, & ab aliis haberi volunt, sibi que complacent: eosque ab ordinariis, & inanibus eorum devotionibus remove contenderis, subito commoventur, indignantur, & insaniant.

Adde: Si Deus ipse tribulationes, dolores,



lores, & infirmitates eis immittat ( quæ omnia nunquam, nisi volente Deo contingunt, lapisque Lydius sunt, quo fideles servos suos probat ) vel eosdem ab aliis quibus persecutionibus torqueri permittat; ut ipsos ad veram sui ipsorum cognitionem, & veræ perfectionis viam reducat; statim, falsum esse fundamentum suum, ostendunt, corruptaque eorum præcordia superbiam eructant. In quocunque enim eventu, adverso, vel prospero, nolunt se resignare, & humiliare sub potenti Dei manu; acquiescendo justis semper, quantumvis absconditis ejus judiciis; neque volunt ad imitationem ejusdem humillimi, & patientissimi Filii DEI se subjicere omnibus creaturis, & velut amicos charissimos, persecutores, & inimicos suos amare, qui divinæ sunt instrumenta misericordiæ, atque ipsorummet perfectionis, & salutis cooperatores.

Quare manifestissimum est, hos omnes magna inter pericula versari, quippe quod, cum internum oculum ( quò se, & operationes externas, quæ bonæ videntur, solent inspicere ) obtenebratum habeant, multos perfectionis gradus sibi tribuere non erubescunt, sicque magis, magisque inflati à nimia sui ipsorum æstimatione, facile ad judicandum, & contemnendum alios descendunt; neque aliquid inveni-

tur, quod ab hisce eos avertere valeat, præter extraordinarium auxilium Dei; facilius enim ad veritatis viam reducitur manifestus peccator, quam occultus, & virtutum exteriorum vestibus palliatus.

Vides igitur, fili mi, evidenter, & clarè ex sermone meo, quòd in nulla prædictarum rerum vera vitæ spiritualis perfectio sita sit; Quam, sciendum tibi est, in alio non esse positam; nisi in cognitione bonitatis, & misericordiæ divinæ: miseræ, nullitatis, & propensionis nostræ ad omne malum: in Dei amore, & nostris ipsorum odio: in subjectione omnium nostrarum rerum non ipsi tantum DEO, sed, ob ejus amorem, singulis quoque creaturis ejus præstanda; in cujusvis nostræ voluntatis abrenunciatione; atque in totali nostra resignatione in complacentiam divinam: quin insuper in hoc, & quidem potissimum, ut prædicta omnia velimus, & operemur ob nullum aliud motivum, quam ob Dei honorem, & gloriam ob ipsius beneplacitum, & qua sic ipse vult, atque meretur ab omnibus creaturis coli, & amari.

Hæc est amoris lex ab ejusdem Domini dextera in suorum fidelium servorum cordibus impressa.

Hæc est nostris ipsorum abnegatio, quæ à nobis requiritur.

Hoc

SPIRITUALE.

Hoc est suave ejus jugum, & onus leve.

Hæc est obedientia illa, ad quam nos verbo, & exemplo Redemptor, & Magister nos vocat.

Quia verò (ubi ad tantæ perfectionis culmen aspiras) vim tibi quotidie inferre debes, ut omnes appetitus, & cupiditates tuæ (quæcunque illæ sint, magnæ, aut parvæ) magnanimiter expugnentur, & ad nihilum redigantur, necesse omnino est, ut ad hoc Certamen Spirituale te præpares, & promptus sis: *Non enim coronabitur, nisi qui legitime certaverit.*

Quod certamen, quò difficilius est cæteris omnibus. (quia, contra nos ipsos pugnando, à nobis ipsis, eodem tempore, impugnamur) eò gloriosior, Deoque gratior est victoria, & corona in ipso obtenta.

Itaque fili mi, si omne studium operamque impenderis, ut inordinatos tuos animi appetitus, & effectus, nec non rebelles passiones, quamvis minimas, mortifices, ac conculces, longè majus, gratiusque DEO, præstabis obsequium, quàm si effrenes aliquas ex illis relinquens, voluntariè flagellis te usque ad sanguinis effusionem caderes, jejuniiisque, & abstinentiis rigidissimis antiquos Eremitas, & Anachoretas superares, seu plura animarum millia ad Deum converteres.

Licet enim, per se loquendo, animarum



conversionem DEUS chariorem habeat: quàm mortificationem alicujus exiguæ cupiditatis tuæ, nihilominus id velle, & operari non debes, quod in se excellentius, & præstantius est, sed quod Deus à nobis, ante omnia, vel maxima, exigit, & desiderat. Ipse namque, absque dubio, magis à te quærit, & desiderat, ut tu certamen suscipias, & ad passionem tuarum mortificationum attendas, quàm si, vel unam solam ex istis, datâ operâ, in te permittens indomitam, Deo postmodum in quacunque alia re magna, majorisque considerationis inservires.

Cùm ergo, fili mi, satis, superque cognoscas, in quo vera Christiani hominis perfectio fundata sit; quòdque ad eam obtinendam continuum, acerrimumque certamen adversus te injre debeas, quatuor hisce validissimis armis, ad victoriam in hoc Spirituali Certamine reportandam vel maximè necessariis, instruaris oportet; quæ sunt:

Diffidentia tui ipsius.

Confidentia in DEUM.

Exercitium; &

Oratio.

De quibus omnibus, Deo auxiliante, facile, breviterque in sequentibus Capitulis pertractabimus.

CAP.

## C A P U T II.

*De Diffidentia sui ipsius.*

**D**iffidentia tuâ ipsius, Fili mi, tibi adeo necessaria est in hoc Spirituali Certamine, ut sine ista omninò credere debeas, te, non solùm non âssecururum in eo optatam palmam, verùm nequo affectum, vel minimam passionem superaturum. Hoc tibi maximopere cordi sit, tuæque menti fixum maneat. Nituis namque faciles, & proclives sumus ex peccante nostra natura ad mendacem, & vanam nostrâ æstimationem: quæ licet aliud non sit, quàm purum Nihil, nobis tamen persuademur, magnum quid eam esse, multumque nobis conferre. Ex quo fit deinde, ut absque ullo vero, & firmo fundamento vires nostras pensemus, atque de illis multum præsumere audeamus.

Error hic, qui non adeo facilè cognoscitur, magnopere displicet oculis Domini, qui diligit, cupitque in nobis sinceram tantæ, ac tamen infallibilis hujus veritatis cognitionem: nempe, quòd quævis vera virtus, & gratia ab ipso tantùm Deo (qui est fons totius boni) ad nos derivetur; quòdque à nobis, ut à nobis, nihil, ne quidem sensus bonus haberi possit, qui ei placeat.

Quamvis verò hæc tam necessaria diffi-

dentia de nobis, sit ipsa quoque opus divi-  
næ manus, quæ DEUS dilectis amicis  
suis, modò per sanctas, & internas illu-  
strationes: modò per aspera verbera: mo-  
dò per violentas, & penè insuperabiles  
tentationes: & modò per alia media à no-  
bis percepta, solet porrigere: vult nihilo-  
minus, ut & nos, quantum in nobis est,  
faciamus. Quare quatuor tibi offero me-  
dia, per quæ, DEO juvante, talem com-  
parare diffidentiam possis.

Primum est, ut mediteris, & profundè  
inquiras exiguitatem, & nihilum tuum.  
Ex te enim nihil boni prorsus facere suffi-  
cis, quo cælorum ingressum merearis.

Secundum est, ut ardentibus, humili-  
busque petitionibus talem diffidentiam  
sæpe à Domino flagites. Ejus enim est do-  
num. Ut autem eam obtineas, considerare  
debes animam tuam, non solùm ipsa ca-  
rentem, & nudam, sed omninò etiam im-  
potentem ad eam consequendam. Hoc  
modo te divinæ multoties sistens majestati  
cum fiducia, quòd eandem tibi DEUS, ob  
suam benignitatem, sit largiturus, con-  
stantèrque perseverans, & expectans to-  
tum illud tempus, quod fuerit à divina  
providentia designatum, sine dubio illam  
impetrabis.

Tertium est, ut assuescas timere te ip-  
sum, tuum proprium iudicium, vehemen-  
tem.

tem  
inn  
tu, e  
vales  
eoru  
dine  
quas  
tes,  
fecti  
Q  
quan  
fund  
fragi  
nem  
cet,  
clari  
disca  
rem  
ita ta  
habe  
nunc  
quæ  
gniti  
tum.  
Pe  
cum  
te un  
ipsu  
tum  
pluri  
delic



tem tuam proclivitatem ad peccandum, & innumerabiles inferorum hostes, quibus tu, ex te solo, neque vim minimam facere vales; tum etiam, ut agnoscas antiquam eorundem inimicorum certandi consuetudinem, & deceptiones, atque mutationes, quas faciunt, in Angelos lucis; totque artes, & laqueos, quos illi in virtutis, & perfectionis via abscondunt.

Quartum est, ut (si in aliquem nonnunquam defectum incideris) intimus, profundiusque in meditationem summæ tuæ fragilitatis penetres. Ad hunc namque finem à Deo lapsus tuus permissus est; scilicet, ut per ipsum interius admonitus, & clariori, quàm antea, lumine illustratus, discaste ipsum parvi facere, & tanquam rem vilem, nulliusque momenti æstimare, ita tamen, ut ab aliis eodem etiam modo haberi velis. Absque hac enim voluntate nunquam vera erit tui ipsius desidentia, quæ in vera humilitate, & in prædictæ cognitionis praxi suum habet fundamentum.

Perspicuum enim est, quòd cuilibet cum suprèma luce, & cum increata veritate uniri cupienti, necessaria omnino est sui ipsius cognitio, quam superbis, & multum de se præsumentibus, per lapsus, ut plurimum, præstat divina clementia; videlicet, cum permittit in aliquem eos er-

rorẽm incidere, à quo se longè abesse putabant) ut sic se ipsos agnoscentes, de imaginaria, & chimerica sua virtute diffidere erudiantur.

Verum tamen est, quòd hoc medio tam miserabili uti non solet Dominus, nisi cùm cætera superius recensita rejicimus, seu non ita nos juvant, ut divina bonitas desiderabat; quæ magis, & minùs permittit, hominem labi, quò major, vel minor est ejus superbia, & temeritas; adeò, ut ille, in quo nihil præsumptionis inveniretur (sicut in immaculata, semperque Virgine DEI Genitrice MARIA) nulli pariter lapsui, vel etiam minimo, obnoxius foret.

Atque ideo, si te quandoque labi contingat, illico ad humilem tui ipsius cognitionem advola, Deumque importunâ oratione precare, ut tibi misericorditer imperituri dignetur verum lumen, (quo te agnoscas) nec non etiam veram tui ipsius diffidentiam in te creare. Neque hoc negligas, fili, nisi horum velis lapsum metuere, & quidem primo graviolem.

### CAPUT III.

*De Confidentia in DEUM.*

**D**ilecte Fili, quòd in hoc Spirituali Certamine necessaria nobis omnino sit nostri ipsorum diffidentia, immediate  
 sup

superius ostendimus evidentissimè. Verum tamen est, quòd, si eam habuerimus solam, vel fugiemus, cum sese occasiones objicient, vel ab hostibus nostris vincemur, & superabimur. Idcirco, fili; tibi insuper opus est pura in DEUM confidentia; ita ut in ipso totam spem tuam reponas, & ab eodem quaecunque auxilium, bonum, aut victoriam tuam expectes.

Quamvis enim à nobis, qui Nihil sumus, nihil aliud, quàm lapsus promittere nobis ipsis possimus. (qua de causa diffidere totaliter de nobis debemus) à Domino nihilominus quamcunque victoriam certò obtinebimus; modò nos, & cor nostrum vivâ in illum confideniâ obarmemus, quæ quatuor etiam mediis comparabitur.

Primò, si hanc à Domino flagitemus.

Secundò, si intueamur, & consideremus Fidei oculo omnipotentiam Dei, & infinitam sapientiam ejus, cui nihil, aut impossibile est, aut difficile; imò (cùm ejus bonitas mensuram non patiatur) paratus, & in promptu est, cum desiderio inenarrabili, ad nobis liberaliter donandum, singulis horis & momentis (si ad amantissima ipsius brachia confugimus) quidquid ad vitam spiritualem, & totalem nostri victoriam necesse est.

Et verè, quomodo fieri poterit, quòd noster Divinus Pastor, qui trigintatres in-



tegros annos post amissam ovem cucurrit, altis adeo vocibus clamans, ut ad raucedinem usque pervenerit: perque viam ita laboriosam, ac spinis obsitam, ut totum in illa sanguinem fuderit, vitamque suam reliquerit; quando postea ipsum ovis insequitur, ejusdem præceptis obediendo, vel saltem cum desiderio (licet quandoque languido) eisdem obediendi, illumque omni tempore vocat, & efficaciter deprecatur: quomodo fieri inquam poterit, quòd tunc tam bonus Pastor audire nolit, quòdque piissimis vitæ oculis non respiciat, atque in divinos suos humeros ovem suam non imponat, gaudens cum vicinis, & Sanctis, Angelisque omnibus Paradisi?

Quinimò, si nullum medium, solertiam, laboremque prætermisit, ut per hæc in Evangelica drachma cæcum, mutumque peccatorem invenire potuisset, credibile erit deinde; quòd illum despiciat, cum idem peccator, tanquam ovis errans, vagatur, & clamat, teneriisque suis balatibus Pastorem accersit?

Et quis unquam sibi imaginabitur, quòd Deus, qui perpetuò ad cor hominis pulsatur, ardentissimè cupiens illud ingredi, ut ibi cœnet, donaque sua abundantissimè ei communicet: invitatus deinde ab ipsomet homine lcordis fores aperiente, verè surdum seingat, & in eas intrare nolit?

Ter-

Tertiò, hac ditabimur in Deum confidentiâ, si memoriâ ad veritatem sacræ Scripturæ accurramus, quæ tot in locis apertissimè ostendit, nunquam confusionem illum passum fuisse, qui confidit in Deum.

Quartò, quod & summopere inserviet ad tui ipsius diffidentiam, nec non in Deum confidentiam consequendam. Cùm aliquid agendum occurrit, vel Spirituale Certamen adversus te subeundum est, teque vincere cupis: antequam cogites, & decernas, fili mi, certamen tuum; mentem in infirmitatem, & miseriam tuam intende, atque omninò de te ipso diffidens, ad divinam omnipotentiam, sapientiam, & misericordiam te converte, firmusque, & constans in illis statue, te operaturum, & pugnaturum imperterrito corde. His autem instructus armis, & Oratione (de qua suo loco dicetur) in bello postmodum congredi, & dimicare ne pertimescas.

Quòd si hunc ordinem servare nolles, eò quòd omnia operari videaris cum confidentia in Deum, maximè te à temetipso decipi, scito. Præsumptio enim adeò naturalis, & propria est homini, atque ita subtilis, ut clam semper in eo germinet, & crescat, nec alia ratione, nisi quia diffidentiam de se ipso, & confidentiam in Deo se habere putat, & pro rei veritate non habet.

Ut

Ut fugias ergo, fili mi, quo ad fieri potest à spiritus præsumptione, atque ut opereris cum diffidentia tui ipsius, opus est, ut consideratio tuæ fragilitatis præcedat considerationem de omnipotentia Dei, & utraque istarum considerationum operationes nostras.

#### CAPUT IV.

*Quomodo cognoscitur, quando homo cum diffidentia sui ipsius, & in DEUM confidentia operatur.*

**D**iffidentiam sui ipsius, & confidentiam in Deum se obtinuisse multoties videbitur homini de se nimium sentienti: & falsum erit. Hoc manifestissime cognosces, fili, ex effectibus, quos peccata, & lapsus tui in te parturient.

Si, cum laboris & peccas, inquietus es, tristaris, & in aliquam quodammodo desperationem deduceris, eò quòd omninò credas, te non posse progredi, signum infallibile est, te non in Deum, sed in te ipsum antea confisum esse.

Si verò multa erit tristitia, & desperatio tua, multum in te, & parum in Deo te confisum esse dubitandum non est; ille enim, qui satis de se ipso diffidit, cum errat, & in aliquem labitur defectum, non admiratur, neque tristatur, & mœret, quia  
la-



lapsum illum ob fragilitatem suam, & exiguam in Deo confidentiam contingere agnoscit; imò tunc, quò magis de se diffidit, magis etiam in Deum humiliter confidit; ac proinde odio habens præ cæteris graviores errores suos, motusque inordinatos tanquam causas efficientes illius lapsus, magno quidem dolore afficitur propter offensam Dei, sed subito quietè, & tranquillè absque ulla mora bonum opus aggreditur, & prosequitur, majorique animo ac robore usque ad mortem contra adversarios assurgit.

Isthæc vellem ut considerarent quidam hominum, qui spirituales haberi volunt; ubi enim isti in aliquem errorem lapsi sunt, non possunt, seu ut meliùs dicam nolunt secum habere pacem: sæpè sæpiùs (ut ab anxietate potiùs liberentur, & ab animi-perturbatione, quæ in illis oritur ex amore proprio, quàm ob aliam causam) ad Patrem spiritualem, statim ac afflictos se vident, accedunt; apud quem tantùm esse deberent, ut à peccatorum maculis expiarentur, utque adversus peccata sua per sanctissima Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta, vires, auxilium-que acquirerent.

## CAPUT V.

*De multorum errore, à quibus inter virtutes Pusillanimitas numeratur.*

**M**ulti in hoc etiam se decipiunt, filii mi, nam pusillanimitatem, & inquietudinem, quæ ad peccatum consequitur (quoniam cum aliqua displicentia semper conjuncta esse solet) virtutem esse existimant, nesciuntque, ex occulta eam oriri superbia, & præsumptione, quæ fundatur in sui ipsorum confidentia, nec non in virium suarum imaginaria virtute, in quibus (eò quòd aliquid se credebant esse) nimium confidebant. Videntes etenim ex multorum lapsum experientia, quòd vires deficiunt; contristantur, & mœrent, tanquam de re sibi nova, fiantque pusillanimes; neque alia ratione, nisi quia cernunt dejectum ad terram sustentaculum illud, quo vanè nitebantur, & in quo totam suam fiduciam reposuerant.

Quæ tamen humili non contingunt, qui in solo Deo confidens, nihilque prorsus de se præsumens, ubi in aliquam culpam incidit, etiamsi multum doleat, non idcirco inquietus est, neque admittatur, sed potius cognoscit, totum id à propria miseria, & animæ fragilitate procedere: quæ omnia optimè per clarissimum veritatis lumen suæ mentis oculo intuetur.

CA

## CAPUT VI.

*De aliis mediis, per quæ diffidentiam nostram  
& confidentiam in DEUM obtineamus.*

**D**ilecte fili. quia vires omnes, quibus nostros adversarios vincimus ex diffidentia nostri, & in Deum confidentiâ principaliter desumuntur; Ut easdem, divinâ favente gratiâ, consequaris, nova media addo.

Circatui ipsius diffidentiam scire igitur te insuper oportet, imò firmissimè tibi credere necesse est, quòd, neque dona omnia, sive hæc naturalia sint, sive acquisita) neque quæcunque aliæ gratiæ gratis datæ, aut totius sacre Scripturæ intelligentia, vel Deo multos annos deservisse, ac in nobis habitum enormasse, efficient, ut Dei voluntatem faciamus; nisi in omnibus operibus bonis, quæ agimus: in qualibet tentatione, quam subjugamus: in quovis periculo, quod fugimus; atque in singulis crucibus, quas ob Deum toleramus: nisi, inquam, in his omnibus adjuvetur prius, & elevetur cor nostrum à Domino per ejus auxilium peculiare: & nisi nobis ejusdem dextera omnipotens porrigatur.

Itaque debemus in tota vita nostra, omnibus diebus, cunctis horis, & quibusvis  
mo-



momentis ante oculos nostros ponere prædictam doctrinam; hoc quippe modo facientes, propter nullius argumenti, vel alterius rationis persuasionem, in nobis habebimus confidentiam.

Quoad confidentiam verò in DEUM scito fili, omnipotenti Deo facilius non esse, paucos hostes debellare, quàm multos; neque difficilius eidem esse, fortes, & expertos prosterne, quàm debites, & tyrones.

Quare, fili mi, etiamsi anima tua sit sceleribus plena; defectus omnes mundi habeat, & magis deformis videatur, quàm dici possit; etiamsi omnia frustra tentaverit: & absque fructu in quocunque exercitio laboraverit, ut peccatum eradicaret, & operationes bonas faceret, nec unquam acquisierit quidquam boni; quinimò, etiamsi quotidie velocius descendis ad malum, debet nihilominus in Deo semper confidere, & nullo tempore arma, seu exercitia spiritualia deserere; sed strenuè, quacunque hora, in prælio pugnare. Quia in hoc Spirituali Certamine solus ille non vincitur, qui semper dimicat, semperque in Deum confidit; nam Deus auxilium suum suis omnibus bellatoribus ubique præstat, quanvis (ut major inde sibi gloria oriatur) eosdem quandoque etiam vulnerari permittat.

Eja

Eja ig  
ab hoc  
parata p  
tur, & c  
illis, qu  
runt, c  
dentia p  
certame  
&, quar  
tur à pro  
peremp

De ex

Qua  
fo  
ria ad e  
rituali C  
sola eru  
etiam i  
ideò du  
genus a  
cavi; E  
certame  
haud R  
Hoc  
intelle  
Et ut

Eja igitur, fili, ad certamen egredere; ab hoc namque dependent omnia; tu n. parata pro vulneribus medicina conserva- tur, & quidem efficacissima pro militibus illis, qui Deum, ejusque auxilium quaerunt, cum confidentia in ipsum, & diffidentia propria. Eja igitur iterum dico: ad certamen praedictis armis instructus perge, & quando minus adverteris, tibi conceditur à protegente Domino, hostes invenire peremptos.

## C A P U T VII.

*De exercitio, & primò de intellectu, qui cautè ab ignorantia custodiendus est.*

**Q**Uamvis, fili mi, diffidentia nostri ipsorum, & confidentia in Deo necessaria adeò, ac tanti momenti sint in hoc Spirituali Certamine, nihilominus, quia, si sola erunt, non tantùm vincemur, verum etiam in mala multa praecipites ibimus; ideò duobus praedictis tertium armorum genus addere opportunum omninò judicavi; Exercitiumque vocatur, sine quo certamen stare absque nostro periculo haud potest.

Hoc autem Exercitium principalitè ab intellectu, & voluntate fieri debet.

Et ut ab intellectu incipiamus, à duobus

bus hic hostibus (qui solent eum subnitere) incolumis est servandus.

Unus ex hisce hostibus (de quo tantum in hoc Capitulo agemus) est ignorantia, qua obnubilatur intellectus, eiqui cognitio impeditur Veri, quod est ejusdem intellectus objectum. Hinc Exercitio, lumen, & amissa cognitio intellectui restitui debet, ut hinc intelligere, & rectum iudicium ferre possit de illis, quibus opus habemus; ut animam inordinatis passionibus spoliemus, sanctisque eam virtutibus exornemus.

Supradicta verò cognitio, seu lumen duplici medio acquiri potest:

Primò, Oratione, quâ Spiritus sanctus postulandus est, ut talem cognitionem, seu lumen dignetur in cordibus nostris infundere. Tantum bonum nobis concedere Deus nunquam renuet, si verè ipsummet Deum solum, divinumque ejus beneplacitum quæsierimus, cunctaque simul unâ cum nostro iudicio Patrum spiritualium consilio subjiciemus.

Secundò, Per assiduum Exercitium profundæ, & puræ considerationis rerum: ut exploremus juxta Spiritus Sancti documenta: quænam illarum verè & intrinsicè bonæ sint, & quænam malæ, & non sicut in extrinseco apparent, sensibus obijciuntur, & que à deceptis mundi homini-

bus



bus æstimantur. Ab hac consideratione, si  
 bene fiat, nos optimè erudiemur, non so-  
 lum parvi facienda esse, sed vana, & men-  
 dacia tenenda illa omnia, quæ cæcus, &  
 corruptus terrarum Orbis amat, & cupit,  
 quæve mediis, & modis variis diligenter  
 perquirat: item ab honoribus, dignitati-  
 bus, deliciisque terrenis nihil aliud gigni,  
 quàm vanitatem, & spiritus afflictionem:  
 ab injuriis verò & ignominiiis (quas mun-  
 dus infert) veram provenire gloriam, sin-  
 cerumque à tribulationibus oriri solatium.  
 Insuper ab hac eadem consideratione do-  
 cebimur, magnanimitatis esse virtutem,  
 & propinquiorem cum DEO similitudi-  
 nem existimandam: inimicis offendenti-  
 bus parcere, illisque ben. facere; magis-  
 que valere, & rem esse nobiliorem, ac lon-  
 gè plus heroicam, mundum contemnere,  
 quàm huic eidem imperare; tum etiam  
 generosioris, & majoris animi esse indici-  
 um, creaturis, vel infimis obedire, quàm  
 magnis principibus dominari. Nec satis:  
 ab hac una eademque consideratione no-  
 bis ostendetur, humilem nostri ipsorum  
 cognitionem pluris esse habendam, quàm  
 scientiarum omnium donum: & mortifi-  
 cationem nostrorum appetituum (quam-  
 vis minimi illi sint) laudabiliorem lo-  
 gè re-  
 putandam esse, quàm multarum Civita-  
 tum expugnationem, & potentissimo um  
 exer-

exercituum debellationem; quinimo,  
quàm miraculorum dispensationem, &  
admirabilem mortuorum suscitationem.

### CAPUT VIII.

*De altero hoste, seu curiositate, à qua intellectu  
tueri quoque debemus: ut rectè  
decernere possit.*

**A**lter hostis, à quo intellectus custo-  
diendus est, fili mi, curiositas vulga-  
ri nomine appellatur; si enim rebus inuti-  
libus, vanis, & alienis à negotio nostro in-  
tellectum replemus, impotentem, & inca-  
pacem illum reddimus ad apprehenden-  
dum benè id, quod magis, magisque spe-  
ctat ad nostram mortificationem, & per-  
fectionem.

Idcirco opus est, fili, ut sis velut mor-  
tuus omni curiositati rerum terrenarum,  
quæ necessariae non sunt, etiamsi tibi licitæ  
videantur.

Coge semper, & coarctata strictius, qui  
potes, intellectum tuum, & cura illam cie-  
mentem, ut ita dicam, efficere.

Novitates, & mundi mutationes (sive  
parvi sive magni momenti) tibi omnino  
sint, ac si profusus non essent. Quod si, te  
eas non querente, tuis sensibus objician-  
tur, invictè corde, & animo illis obiste,  
easque rejice.

In

In desiderio intelligendi cœlestia valdè sobrius, & humilis esto; neque scire aliud cupias, præter JESUM Christum, & hunc Crucifixum, ejusdemque vitam, & mortem, cæteraque sola, quæ à te idem ipse requirit.

A reliquis omnibus abstine, & maximam inde complacentiam percipiet Deus; quia, ut charos, & amicos ipse amat cupientes, & quærentes tantùm illa, quæ sufficiunt ad divinam bonitatem diligendam, & ad Domini voluntatem faciendam. Quæcunque enim alia petitio, & inquisitio, (certus esto fili) nihil aliud est, quàm amor proprius, superbia, & diaboli laqueus.

Si monitis meis aures dederis, fili, multas poteris insidias devitare, quas callidus, & antiquus serpens nobis molitur. Videns enim ille, quòd iis, qui ad veram vitam spiritualem incumbunt, voluntas valida, & fortis insit, vires suas exerit, ut eorum intellectum prosterнат; & tali pacto utriusque, intellectus nempe, & voluntatis dominus fiat.

Hinc altis, pulchris, & curiosis ditare sensibus hosce spirituales solet, eosque vel magis, qui sunt ingenio præstantes, & multum in capacitate sublimes, faciliusque in superbiam efferuntur. Hac namque sola de causa hæc facit, ut prædicti



homines inanibus oblectationibus intenti, distractique in discursu illarum rerum, (inter quas Deo se frui putant, etsi falsò) cor suum à vitiorum sordibus tergere, & sui ipsorum cognitioni, veræque mortificationi inhærere obliviscantur. Sic enim capti superbiæ laqueo proprium intellectum tanquam idolum venerantur, accolunt.

Ex quo deinde provenit, quòd paulatim, & absque vel minima animadversione sibi persuadeant isti miseri, aliorum consilio, & documentis non indigere, proprii iudicii idolum in omnibus consulere jam assueri.

Res hæc est magni periculi, & ad mendendum valdè difficilis; periculosior quippe est superbia intellectus, quàm voluntatis; nam superba voluntas obediens quædam, & sic curabitur, (cùm suam opinionem aliorum opinione meliorem non teneat) sed superbus intellectus, qui constans, & firmus in hoc est: quòd opinio sua aliena sit melior: à quo, & quomodo poterit unquam sanari? Quo titulo se subdet alterius iudicio ille, qui alterius iudicium inferius existimat, atque indoctus suo;

Et verè, si animæ oculus, qui est intellectus, (à quo agnoscendum est malum, & medicamentum adhibendum in superbiæ voluntatis ulcere) infirmus, & cæcus est, eadèque læsus superbiâ, quâ voluntas, quis ei medebitur?

Tum, quod in homine lux est, fiunt tene-

nebræ, & cer, quomodo habebunt?

Quapropter superbiæ obdescendat, & vel præcordi

Retunde in faciliè tuum a tus propter Cipientior eris

De causa, pr cognoscant

Dlle de Fi  
nia sup  
paucalialia, b  
tur, alia non  
rum aspectu  
dium tribuin  
lectus, quid  
que consider  
Tu ergo, n  
la accuratissi  
luntatem tua  
affectu conse  
Cùm verò  
sectum ponit  
sum consider

nebræ, & quod regula est, errori subja-  
cet, quomodo cætera infelicis hominis se  
habebunt ?

Quapropter, fili, maturè tam venenatæ  
superbiæ obsiste, priùsquam hæc in ima  
descendat, & ossium medullas pervadat,  
vel præcordia, & cor ipsum inficiat.

Retunde itidem intellectus tui acumen:  
facilè tuum alterius iudicio submitte, itul-  
tus propter Christum; nam hoc modo sa-  
pientior eris sapientissimo Salomone.

### C A P U T XI.

*De causa, propter quam res bene à nobis non  
cognoscantur; & de modo, quo rectè  
cognosci possint.*

**D**ilecte Fili, causa, propter quam om-  
nia supra posita, sicuti etiam non  
pauca alia, bene à nobis non cognoscantur,  
alia non est, nisi quia ad primum re-  
rum aspectum, statim eis amorem, vel o-  
dium tribuimus; à quibus excæcatus intel-  
lectus, quid verè illæ sint, non videt, ne-  
que considerat.

Tu ergo, ne in hoc error subrepat, vigi-  
la accuratissimè, ut puram, & liberam vo-  
luntatem tuam ab inordinato cuiusvis rei  
affectu conserves.

Cùm verò ante oculos tuos aliquod ob-  
jectum ponitur, intellectu priùs bene ip-  
sum considera, & prudenti iudicio discer-

ne, antequam ab odio, si objectum sit de re aliqua nostris naturalibus inclinationibus contraria, vel si sit de re delectabili, antequam ab amore movearis, ut illud approbes, vel rejicias.

Tunc etenim, (cum intellectus à passionibus non offuscetur (liber, & purus est, & verum agnoscere optimè potest; sicque etiam malum cernere, quod sub fallaci voluptate absconditur, bonumque detegere, quod sub mali velamine occultatur.

Quod si voluntas tua amori, vel odio alicujus rei priùs se dedidit, intellectus non potest benè eam rem percipere; nam affectus ille interjectus rem taliter obstruit, ut ipsam intellectus dijudicet aliter, ac verè in se est. Ex quo fit etiam, ut (intellectu eam taliter proponente voluntati) hæc ardentius excitetur, quàm antea ad eandem rem vel diligendam, vel odio habendam contra quamcumque rationis legem, & ordinem.

Quo affectu magis deinde obnubilatur intellectus, atque ita obcæcatus denuò rem amore, vel odio digniorem voluntati ostendere conatur.

Quare, nisi regulâ superiùs traditâ utamur (quæ in toto hoc Exercitio magni facienda est) hæc duæ potentix tam nobiles, & eminentes, intellectus videlicet, & voluntas, miserimè semper pererrabunt, velut

velut  
alia  
tho er  
sempe

Cav  
dinato  
à te, re  
cantur  
dem p  
per illu  
nionem  
ad te.

Con  
(quàm  
teriori  
bonæ,  
verè si  
nis, er  
inveni  
quam  
cum sta  
pter ob  
tibi pe  
de mul  
exercit

De vol  
imnes

PRæ



velut in circuitu tenebrarum, ( quarum  
aliarum aliis obscuriores erunt ) & in labyrin-  
tho errorum, quorum quilibet posterior  
semper pejor erit prior.

Cave igitur, fili, omni studio, ab inor-  
dinato rerum omnium affectu, priusquam  
a te, rectâ lance, expendantur, & cognos-  
cantur, sicut verè sunt in se ipsis, & qui-  
dem per lumen intellectus, & præsertim  
per illud, quod à divina gratia, & ab ora-  
tione, seu à Patre tuo spirituali derivatur  
ad te.

Consulo autem tibi, ut prædicta sæpius,  
(quàm in cæteris aliis) in quibusdam ex-  
terioribus operationibus observes, quæ  
bonæ, sanctæque sunt; in istis enim (cum  
verè sint bonæ) majus longè hallucinatio-  
nis, erroris, & usus immoderati periculum  
invenitur, quàm in reliquis. Quare ob ali-  
quam temporis, loci, aut mensuræ cir-  
cumstantiam, vel quandoque etiam pro-  
pter obedientiam, non parum nocementi  
tibi possunt afferre: Sicuti oprime scimus  
de multis, qui inter laudabilia, & sancta  
exercitia periclitati sunt, & perierunt.

## CAPUT X.

*De voluntatis Exercitio; & de scopo, in quem  
omnes nostra intentiones, & exteriores opera-  
tiones collimare debent.*

**P**Ræter intellectus Exercitium, in quo  
ubi

tibi necesse est perseverare, oportet etiam, fili mi, sic voluntatem tuam moderari; ut (propriis omnibus relictis cupiditatibus) supremi Numinis voluntati, & bene placito conformis omninò fias.

Attamen benè scito, solùm hoc non sufficere tibi: velle scilicet, & quærere, quæ DEO magis sunt grata: insuper enim debes velle, & operari hæc omnia tanquam ab ipso DEO motus, & ductus; & merè, ac purè, ut eidem placeas.

In isto autem magis, quàm in supraddicto intellectûs certamine, pugnandum est cum natura nostra, quæ sibi adeo inclinatur, ut in omnibus, sed in rebus bonis, & spiritualibus, magis, quàm in cæteris aliis, quærat proprium gustum, & commodum, quibus delectatur, atque avidissimè pascitur: quasi. cibus suspectus illæ esse non possent.

Ex quo provenit, quòd, statim ac prædictæ res bonæ, & spirituales approximantur nobis, nulla mora interposita eas desideremus; non quia ad ipsas per divinam voluntatem trahamur? aut quia intentionem habeamus? DEO tantum placendi, sed ratione illius boni, illiusque oblectamenti, quod in nobis sentimus, eò quòd res illas velimus, & cupiamus, quas Deus vult.

Qui error eò occultior est, quòd res op-  
tata.

tata melior est in se ipsa. Idcirco etiam in  
 desiderando DEUM deceptiones, & erro-  
 res inveniri solent, quæ omnia noster a-  
 mor proprius orditur: cum majori etenim  
 studio attendimus ad utilitatem, & bonum  
 expectatum à nobis, quàm ad voluntatem  
 DEI, qui bonum illud nobis donat ob so-  
 lam gloriam suam, propter quam etiam  
 solam vult, ut nos amorem, cupiditates,  
 affectusque omnes, & servitutem nostram  
 ipsi soli offeramus.

Ut autem hunc effugas laqueum, qui  
 veram perfectionis viam tibi impediret,  
 atque etiam, ut assuescas omnia velle, &  
 operari solum ut motus à DEO, & cum  
 pura intentione soli DEO honorem tri-  
 buendi, eidemque placendi. (ipse nam-  
 que cuiusvis nostri boni operis Principi-  
 um, & Finis vult esse) sequenti modo te-  
 geres.

Cùm tibi aliquid sese offert, quod DE-  
 US cupiat, ne voluntatem allicias, ut il-  
 lud velit, nisi prius ad Deum mentem at-  
 tollas, & agnoscas verè voluntatem ejus-  
 dem esse, ut illud velit, non tantum, quia  
 sic Deus vult, sed quia sic eidem soli  
 placet.

Itaque postquam à divina voluntate  
 mota, & attracta voluntas tua fuerit, ip-  
 sam inclina, ut id ipsum velit: sed solum,  
 eo quia Deus illud vult; & tantum pro-



pter ejus beneplacitum, atque honorem.

Similiter volens tu ea rejicere, quæ DEUS non vult, ne ipsa prius rejicias, quàm tui intellectus dirigas aciem in voluntatem divinam quæ vult, eadem omnia à te tantum rejici, ut ei placeas.

Sciendum tamen tibi insuper est, fili, quòd difficulter, imò ferè nihil agnoscuntur fraudes, & fallaciæ subtilis naturæ nostræ, quæ seipsam occultè quærens omni tempore, facit, ut nos nobis ipsis multoties videamur habere idem motivum, & objectum placendi DEO: & sanè ita non est.

Quare ab hac causâ provenit, quòd nobis etiam videamur, nos velle, aut nolle, ut DEO placeamus, vel ut illi von displiceamus, id, quod reverà volumus, vel nolumus ob nostrum proprium bonum, atque utilitatem.

Ut ergo has fallacias devites, aptum, imò propriissimum remedium est, cordis puritas, quæ in hoc (ad quod etiam totum illud Spirituale Certamen dirigitur) consistit, ut homo veterem hominem exuat, & novum induat secundum DEUM.

Quia tamen tu superbus nimis es in te ipso, ne opportunum tibi quoque desit remedium, attende diligenter in principio cujuscunque actionis tuæ, ut pellas à te (quoad fieri potest) permixtionem om-

nem.

nem,  
tuo; id  
unquar  
dam te  
rissimo

Quò  
& præ  
etiam  
transer  
formal  
saltem  
cunqu  
veram  
placen

In ac  
pus du  
initio  
sed dil  
ut sæp  
promp  
tuæ; a  
incide  
ris tu  
ad sei  
gressu  
nos ob  
mus.

DE  
est, o  
choat  
cendi

rem, in qua arbitreris aliquid inveniri de-  
tuo; item ne velis, opereris, aut rejicias  
unquam rem ullam, nisi ad hoc facien-  
dum te trahi præcognoscas à solo, & pu-  
rissimo amore DEI.

Quòd si in omnibus operationibus tuis,  
& præsertim in interioribus animæ, vel  
etiam in exterioribus, quæ cito fiunt, &  
transeunt, non semper posses actualiter, &  
formaliter præsentare motivum istud; fac  
saltem, ut illud habeas virtualiter in qua-  
cunque prædictarum operationum; ita ut  
veram semper in te conserves intentionem  
placendi in omnibus soli DEO.

In actionibus tamen, quæ multum tem-  
pus durant, non solum bonum est, ut ab  
initio supradictum motivum excites in te,  
sed diligenter etiam navare operam debes,  
ut sæpe id ipsum redintegres, atque in  
promptu habeas usque ad extremum vitæ  
tuæ; alioquin timendum esset, ne in alium  
incidères laqueum naturalis pariter amo-  
ris tui, qui, cum pronior, & proclivior sit  
ad seipsum, quàm ad Deum, sæpe pro-  
gressu temporis solet efficere, ut incautè  
nos objecta, & fines nostros bonos mute-  
mus.

DEI servus, qui providus in hoc non  
est, operationem aliquam multoties in-  
choat cum intentione DEO tantum pla-  
cendi, sed sensim postea, & absque eo,

quòd ad hunc errorem advertat, adeo delectatur eàdem re per sensum proprium, ut divinæ voluntatis oblitus, se ita tradat in manus consolationis, & gustus, quem inde habet, nec non utilitatis, vel honoris, quem sibi subsequi posse ad rem illam prænoscit; ut, si Deus ipse opus impediatur per ægritudinem aliquam, vel per alium eventum, seu medio alicujus creaturæ, totus perturbatus, & inquietus appareat; quinimò sæpè sæpius prorumpat in obloquutiones, modo contra hunc, modò contra illum, & nonnunquam etiam contra ipsum Deum: signum evidentissimum, intentionem suam non esse purè, & totaliter à DEO, & propter DEUM, sed potiùs à radice venenata, infectoque stipite generari.

Ratio istus est: quia quicumque verè impulsu Dei agitur, atque ut illi soli placeat, non vult unum potiùs, quàm aliud, sed hoc, vel illud habere solum cupit: quia ea est voluntas Dei, & tale ipsiusmet bene placitum: cæterum quocunque modo, & quovis tempore illud succedat, semper gratum adest; quinimò æqualiter pacificus, & contentus videtur, & est, sive idem obtineat, sive sibi denegetur. Quocunque enim modo illud contingat, semper talis homo intentionem, & finem suum sortitur, qui nihil aliud erat, quàm pura voluntas DEI, ejusque beneplacitum. Qua-

li, &  
per d  
Q  
tua v  
quira  
ut in  
rum  
po p  
julqu  
est, r  
ut R  
ingre  
Ho  
mor  
Q  
satis  
morte  
tiffir  
ratio  
ti, si  
DEO  
per  
preti  
aliæ  
matio  
fine.  
Hi  
paup  
finem  
inter



Quare benè animum tuum recollige, fili, & solerter incumbere, ut opera tua semper dirigas in finem istum perfectissimum.

Quòd si quandoque (eò quòd sic exigua tua virtus, vel etiam utilitas animæ tuæ requirat) ad benè operandum movearis, vel ut inferni pœnas effugias, vel ob Cœlorum fiduciam, in his quoque tibi pro scopo proponere potes placitum Domini, e-  
jusque voluntatem; DEI quippe voluntas est, non ut ad Infernum descendas, sed ut Regnum suum, Patriamque cœlestem ingrediaris.

Hoc modo vivum in te conservabis istud motivum.

Quod quanti sit momenti, & utilitatis satis dici non potest, vixque datur inter mortales, qui hoc agnoscere valeat: Certissimum etenim est, quòd quælibet operatio, alioquin parva, & nullius momenti, si fiat cum hoc fine, purè placendæ DEO, & ob solam ejusdem gloriam, semper majoris in infinitum (ut ita dicam) erit pretii, quàm unquam esse possint multæ aliæ operationes magni valoris, atque æstimationis, quæ isto careant motivo, & fine.

Hinc unicus obolus DEO gratior est, si pauperi præbeatur ob istum solummodo finem, placendi Deo, quàm si cum alia intentione, etiam fruendi cœlestibus, al-

quis omnibus suis divitiis, & facultatibus privaretur.

Hoc Exercitium: nempe operandi omnia, ut soli Deo placeamus, tibi arduum videbitur in exordio, fili mi, sed planum fiet, & facile per consuetudinem, & ob desideria multiplicata de ipso DEO: seu etiam propter ardentem cupiditatem conjunctam cum vivis tui cordis affectibus erga ipsum, tanquam perfectissimum, & unicum nostrum bonum, quod per se meretur ab omnibus creaturis Inquiri, extolli, & super omnia amari.

Quæ consideratio de infinito DEI merito, quò profundior erit, & crebrior, eò ferventiores, & frequentiores quoque erunt prædicti actus voluntatis, atque ita facilitas, citiusque consequemur habitum operandi semper propter motivum, atque amorem illius Domini, qui solus dignus est tanto honore.

Postremò te moneo, fili, quòd (ut prædictum divinum motivum obtineas) oportet assidua apud DEUM oratione illud postulare; & meditari etiam sæpe innumera beneficia, quæ divina bonitas nobis quotidie è Cælo depluit, ob purum amorem suum erga nos, absque ulla, vel minima, sui ipsius utilitate.



## CAPUT XI.

*De quibusdam considerationibus, quæ voluntatem nostram possunt inducere ad operandum: omnia propter hunc solum finem, placendi DEO.*

**D**ilecte fili, ut facilius adigas voluntatem tuam ad quærendum in omnibus bene placitum DEI, ejusque gloriam, & honorem, recordate semper amoris, & gratiarum, quibus ipse DEUS, miris, & variis adeo modis, te affecit.

In Creatione namque: ex nihilo creavit te ad imaginem & similitudinem suam, reliquas verò omnes creaturas in servitium tuum.

In Redemptione: non Angelum, sed Filium suum unigenitum misit, ut te redimeret; neque corruptibili auri, aut argenti pretio, sed pretiosissimo suo sanguine, atque crudelissimâ, & turpissimâ morte sua.

Quòd singulis deinde horis, quinimò & momentis omnibus, te ab hostibus protegat: quòd ipsemet gratiâ suâ pugnet pro te: quòdque paratum semper ad tuam defensionem & cibum, dilectum Filium suum in Altaris Sacramento conservet, alta adeo, & magna sunt indicia amoris, quo amaris ab eo, ut nullus adsit, qui bene percipiat.



icipiat, & capiat: quanti exiguitatem, vilitatem, & miseriam tuam faciat tam potens, & magnus Dominus: tum ex adverso etiam non inveniatur, qui bene cognoscit id, ad quod tenemur pro tanta divinæ misericordiæ charitate, & benevolentia, quæ tot, & talia pro nobis est operata.

Enimverò, si terreni Domini, cum honor ipsis tribuitur, quamvis pauper, & humilis conditionis sit, qui talem honorem eis tribuit, nihilominus fatentur, se non posse non reddere eidem vices: quid à nobis (qui tam viles, imò nihil sumus) agendum erit cum supremo omnium Monarcha, à quo præstantibus adeò, & suavibus modis dilectos nos fuisse, & semper adhuc diligere non ignoramus?

Præter hucusque dicta, super omnia memoria semper retine, fili, divinam majestatem propter se solam mereri, ut infinitum ei decus, & obsequium præstetur à nobis, & quidem purè, ut ipsimet placeamus.

## CAPUT XII.

*De duabus voluntatibus, quæ sunt in homine;  
& de pugna earum inter se.*

**Q**UAMVIS aliquo modo dici possit, duas in nobis voluntates reperiri: aliam rationis, id est que rationalem, & superior

rem dictam; aliam sensus, & hac de causa sensualem. & inferiorem appellatam, quæ explicari etiam solet per hæc nomina: appetitus concupiscentiæ, carnis, sensûs, & passionis; nihilominus, quia propter rationem nos sumus homines, cum aliquid tantum sensu volumus, nunquam intelligitur, nos verè illud velle, nisi per voluntatem rationalem flectamur in ipsum.

Quare totum nostrum Spirituale Certamen in hoc principaliter versatur: cum rationalis nostra voluntas maneat, velut inter divinam, quæ superassidet, & inter sensualem, quæ infra residet, à quacunque ex istis perpetuò invaditur, & oppugnatur; utraque enim, divina scilicet, & sensuali ad se trahere eam vellet, sibi que subicere obedientem.

Hinc est, quod magnas difficultates, labores, & tormenta experientur sub initium illi, qui pleni sunt habitibus malis, ubi vitam suam in melius immutare discernunt, statuuntque fugientes \* Mundo, & carne, JESU Christi servituri, amoris, obsequio se restituere.

Aggressiones enim, quas rationalis istorum voluntas sustinet à voluntate divina, & à sensuali, quæ ambæ eam circum obfidunt, & cum ipsa pugnant) magnæ multæque sunt, nec absque gravi afflictione tolerari possunt.

Quod

Quod tamen illis non accidit, quibus virtutum, vel vitiorum habitus ita jam dominatur, ut ipsi unâ cum illo vivere velint; virtute etenim præditi, faciliè voluntati divinæ consentiunt, & depravati vitiis facilius, & absque certamine vel minimo, voluntati sensuali se dedunt.

Quapropter nullus unquam præsumat, se veram, Christianamque virtutem, assequi posse, & Domino (ut par est) inservire, nisi animi vim velit pati, pœnamque perferre, quæ sentitur in derelinquendis non solum voluptatibus majoribus, sed etiam minoribus, quibus prius per terrenum affectum alligabatur.

Ex quo procedit, tam paucos pervenire ad veræ perfectionis metam. Postquam enim in extirpandis majoribus vitiis desudârunt, violenter postea agere contra se nolunt, neque semper sustinere idus, & afflictiones, quæ inveniuntur quotidie in cupiditatibus, exiguis quidem, sed penè infinitis numero evellendis, & in quibusdam minoris considerationis affectibus eradicandis, qui in iisdem, singulis horis prævalentes, dominationem, & imperium supra ipsorummet corda progressu temporis consequuntur.

Inter istos autem quidam inveniuntur, qui, licet aliena bona non rapiant, nihilominus nimis afficiuntur illis, quæ ju-

sto



sto titulo possident; licet illicitis mediis non querant honores, ab istis tamen, ut oporteret, non abhorrent, nec eos exoptare unquam desinunt; quinimò aliquando etiam per varias vias eos inquirunt, licet imposita sibi jejunia observent, gulam tamen non mortificant in superflua comestione, & in delicati cibi appetitione; imò, licet continenter vivant, & castè, à quibusdam tamen sibi charis consuetudinibus non abstinere, quæ magni impedimenti sunt ad strictam unionem cum Domino, vitamque veram spiritualem. Præterquam quòd, cum in quolibet homine, vel valdè sancto, hujusmodi consuetudines reperiuntur, majoresque in illo, qui minus timet, à quocunque hominum omnibus viribus, sunt fugienda.

Ex quo etiam provenit, opera nostra cæteroquin bona fieri ab istis hominibus cum spiritus tenuitate, non paucis cum utilitatibus, & terrenis commodis immixtis, cum occultis imperfectionibus, ac tandem ex quadam æstimatione, & cupiditate inanis, humanique honoris, & laudis.

Qui hujusmodi sunt, non solum non progrediuntur in via salutis, sed retrogredientes sæpissimè in mala peiora labuntur. Nam virtutem veram non amant; sed potius parum se gratos ostendunt Domino, qui eos à dæmonis tyrannide **tr**ipuit. **Quin**  
insu-

in super ignari, & cæci sunt, neque periculum vident, in quo morantur. Falsò enim in tuto se statu permanere arbitrantur.

Qui error eò majoris est damni, quo minus perpenditur; multi enim, qui spirituales vitam colunt, cum supra quod oporteret, sui ipsorum sint amatores (quamvis verè se diligere ignorent) illa exercitia ferè semper eligunt, quæ sibi magis accepta sunt; reliqua verò prætermittunt, quæ naturalis ipsorum propensio, & sensualis appetitus recusat, contra quem omnes vires, & robur Spiritualis Certaminis dirigere necessarium omnino foret.

Propterea, fili mi, te inoneo, atque horror; ut difficultates, & pœnas ames, quas secum habet victoria de nobis ipsis. In hoc etenim omnia sunt; & eò certior, tibi que proximior erit victoria, quò ardentius dilexeris difficultates, quas tyronibus in via perfectionis virtus, & Spirituale Certamen ostendunt. Unde, si certamen, & difficultates magis amaveris, quàm victorias, & virtutes, omnia citius infallibiliter obtinebis.



## C A P U T XIII.

*De modo pugnandi adversus motus inferioris, seu sensualis voluntatis; nec non de actibus, quos nostra superior, & rationalis voluntas debet elicere, ut virtutum habitus comparet.*

**Q**Uotiescunque tua rationalis voluntas vim, & pugnam patitur à voluntate sensuali ex una parte, & à divina ex altera (dum quælibet ex illis ipsam victam ad se trahere contendit) ut possit omnino in te prævalere divina voluntas. opus est, ut variis hisce modis exercearis:

Primò. Ubi sensualis voluntatis tuæ motus exurgunt, illis fortiter, & magnanimiter obstitute, ne illis rationalis voluntas assentiatur.

Secundò. Statim ac prædictos motus superaveris, & represseris, rursus illos excita in te, ut majori postea impetu eos mortifices, & repellas. Neque contentus sis, quòd hoc semel feceris: sed iterum, atque iterum ad novum certamen eosdem motus voca; in quo, per multiplicatos actus, ipsos rejicere à te cum indignatione, contemptu, & odio assuesces.

Adverte tamen, fili mi, quòd pugnae istæ, seu motuum suscitationes cum quolibet appetitu, aut affectu nostro inordinato, præterquam cum carnis passionibus in-

stituen-



stituendæ sunt. De istis namque peculiariter, ut infra, statuendum est.

Postremò: Omnem conatùm tuum impende, ut semper efficias actus oppositos cuicunque passioni malæ, quæ invenitur in te.

Apposito hîc exemplo totum clariùs elucescet:

Ab impatientiæ fortasse motibus oppugnaris? Si interius collectus attende-  
ris, senties, illos semper cum superiori, seu rationali tua voluntate pugnare, ut eam ad sibi consentiendum inclinent.

Quapropter pro tuo primo Exercitio seu Certamine, singulis motibus per iteratos voluntatis superioris actus te objectabis, & validius, quo poteris, ejusdem superioris voluntatis assensum impedies.

Neque desistes unquam ab hoc certamine, donec omninò defatigatum & mortuum victoriæ cessisse agnoveris adversarium.

Cave tamen à diaboli calliditate. Cùm enim ipse videt nos totis viribus obistere motibus alicujus passionis, non tantùm cessat illos in nobis suscitare, sed jam suscitatos quærit omni studio componere, per actuum exercitium, habitum faciamus in nobis virtutis adversantis illi passioni, cum qua pugnamus. Tum etiam hoc facit malignus hostis, ut nos vanæ gloriæ, & superbiæ

perbiæ laqueos inducat, suadendo scilicet nobis sua dexteritate, & fallaciis: quòd à nobis (tanquam si verè magnanimi bellatores effemus) citò hostes victi fuerint, atque perempti.

Idcirco, fili mi, ex prædicto primo certamine ad secundum progredi debes, & cogitationes (quæ in te impatientiam gignebant) in memoriam tuam revocare, atque taliter excitare in temetipso, ut in parte inferiori, ac sensitiva motum te sentias. Tunc verò per frequentatos voluntatis actus, firmiori, quàm priùs, animo, & robore, motus illicò reprime, & refelle.

Quamvis autem egregiè hostes nostros rejedemus, atque in hoc benè operati, Deoque nos placere sciamus; quia nihilominus (eò quòd eos omninò odio non habeamus, ab iisdem in alio conflictu superari, & vinci periclitamur. ideò tertio in eos certamine debes irruere, illosque audacter à te repellere per superioris voluntatis actus, non solùm validos, & strenuos, sed etiam indignabundos: sicque semper agere, quousque odibiles, & abominabiles nobis omninò reddantur.

Demum, ut anima tua, fili mi, exornetur, & perficiatur habitibus virtutum: circa istas actus illos in te produces, qui directè passionibus tuis rebellibus contrarii sunt; exempli gratiâ,

Cupiens tu patientiæ habitum perfectè acquirere; si quis, irridendo, impatientiæ tibi dederit causam, non sufficit, quòd tribus modis superius traditis exercearis; sed amare, & charam habere insuper debes acceptam irrisionem, adeò, ut desideres iterum, & quidem eodem modo, & eadem persona irrideri: expectesque, imò paratum, & promptum te offeras ad majora longè dedecora toleranda.

Ratio autem, cur tales contrarii actus necessarii sint, ut proficiamus in virtutibus, perfectique fiamus, est, quia cæteri actus, licèt multi & fortes, non sufficiunt ad evellendas radices, quæ vitiorum in nobis sunt genètrices.

Quare (ne à solito nostro discedamus exemplo) etiamsi, cum irridemur, non assentiamus impatientiæ moribus, sed potius contra illos tribus modis superius explicatis pugnemur, nihilominus, nisi assuescamus etiam permultos, & iteratos actus ad contemptum diligere, & de illo gaudere, nunquam impatientiæ vitium eradicabimus, quod (utpote nos semper ad nostrum honorem inclinamus in odio nostri contemptus, & dedecoris fundatur.

Propterea etiam, si vivens adhuc permaneat vitii radix in nobis, semper ita germinat, & pullulat, ut languidam reddat virtutem sibi oppositam, imò quandoque eam

tota-



totaliter suffocet, & perimat. Præterquam quòd in perpetuo nos tenet periculo deficiendi ad quamcunque occasionem, quæ superveniat.

Ex quibus evidenter deducitur: quòd sine prædictis actibus nunquam verum virtutis habitum comparare possimus.

Præterea adverte, fili, supradictos actus adeò frequentes, & in tali numero debere esse, ut destruere omninò valeant vitii habitum, qui sicuti per multos actus malis cordis accepit imperium, ita per multos actus bonos ab eodem corde extirpetur necesse est, ut postea virtutis habitus in ipsummet introduci possit.

Quin insuper addo, quòd major numerus requiritur actuum bonorum, ut virtutis habitum comparemus, quàm actuum malorum, ut habitus vitii coalescat in nobis. Et Ratio est, quia virtutis actibus non auxiliatur, sicuti facit actibus vitii, natura nostra per peccatum corrupta.

Præter hucusque tradita, dico, fili mi, quòd, si virtus (in qua tunc temporis te exercēs) ita requirat, debes etiam ejusdem actus extrinsecos efficere conformes intrinsecis: nempè (ut eodem utamur exemplo) mansueta, & amantia verba loqui; imò & deservire, si potes illi, qui tibi aliquando noxius, vèl adversarius fuit.

Quamvis verò prædicti actus præstentur

tur à te, seu præstati tibi videantur cum tanta spiritus debilitate, ut eos contra voluntatem tuam te efficere putes; nihilo minus eos nunquam prætermittere debes; quia, etsi imbecilles, ac debiles sint, attramen te magis obfirmant. animum tuum constantiorem in certamine reddunt, viamque tibi faciliorem aperiunt ad triumphum.

Diligenter autem attende, semperque in te recollectus esto, ut non solum contra validos, & efficaces tuæ voluntatis inferioris actus pugnare possis, sed etiam contra infirmiores, & languidiores cujuscunque passionis; debiles enim, & inefficaces ad fortes, & efficaces viam pandunt; & exinde mali in nobis habitus generantur.

Ex eo enim, quod aliqui parum studeant eradicare è cordibus suis exiguos animi affectus, & cupiditates quasdam (postquam majores alicujus passionis subdiderunt) provenit, quod præter sui ipsorum intentionem submittantur, & consternentur ab hostibus fortiori, quàm antea, impetu, & ruinâ irumpentibus contra eos.

Tandem te quoque moneo, fili, ut incumbas mortificationi, & pugnae tuorum animi affectuum, & cupiditatum, quæ de rebus quidem licitis sunt, sed non necessariis. Ex hoc enim non pauca tibi bona provenient, & semper dispositus, ac magis prom-

prom  
dum  
evade  
diabo  
Dom  
Di  
recur  
citis  
ipsis  
esse  
temp  
ne,  
autem  
proc  
tam,  
vis p  
tuo d  
feci  
Chri  
V  
picul  
oritu  
que  
natu  
bus  
min  
tus  
prio  
E  
ficu  
atq

promptus fies ad te in reliquis superandum; quin insuper fortis, & expertus evades in certamine tentationum, & varios diaboli vitabis laqueos, gravissimumque Domino obsequium præstabis.

Dilecte fili, aperto corde nunc loquor tecum, si (ut dixi tibi) in his sanctis exercitiis ob reformationem, & victoriam tui ipsi perseveraveris, promitto tibi, multum esse te profecturum intra brevissimum tempus; imò verè, & non tantum nomine, futurum te spiritualem. Per diversos autem ab istis modis, & per alia exercitia, pro certo habe, nunquam te verum spiritum, virtutemque comparaturum, quamvis prædicta omnia laudabilia, & sensui tuo delectabilia adeò essent, ut inter ipsa frui unione Dei, dulciaque inter JESU Christi colloquia commorari videreris.

Verus etenim spiritus (ut in primo Capitulo ostendi tibi) non dependet, neque oritur ab exercitiis sensui gratis, naturæque nostræ conformibus, sed ab illis, quæ naturam nostram cum omnibus suis actibus crucifigunt. Nam ista, & non illa, hominem per evangelicarum virtutum habitus renovatum uniunt cum Creatore proprio Cruci affixo.

Extra dubitationem quippe est, quòd, sicuti habitus vitiorum fiunt per plures, atque iteratos actus superioris nostræ vo-



luntatis, dum appetitui, & inferiori voluntati indulget; ita ex aduerso habitus evangelicarum virtutum comparentur per multos, & frequentatos actus conformes voluntati divinæ, à qua modò ad unam, modò ad aliam virtutem advocamur.

Enimverò, sicuti voluntas nostra nunquam mala esse potest, & à Deo aliena, (etiam si validissimè aggressa eam fuerit pars inferior, & vitium) nisi ipsamet cedit, & det manus; ita à pari nullo tempore erit bona, & unita cum Deo (quamvis efficaciter vocetur, & impellatur ab internis illuminationibus, & inspirationibus per gratiam Dei) nisi, cum occasiones sese offerunt, interni, & externi ejus actus cum voluntate Dòmini conformentur.

#### CAPUT XIV.

*Quia agendum, cum superior nostra voluntas ab inferiori, & ab aliis hostibus victa, atque subjugata omninò videtur.*

**D**ilcte Fili, si tibi quandoque videatur, voluntatem tuam superiorem aduersus inferiorem, aliosque hostes nihil posse. (eò quòd efficacem contra illos in te non sentias voluntatem) ne idcirco mereas, sed viriliter persiste, & absque intermissione decreta. Semper namque superiorem

riorem in prælio te debes credere, quo usque manifestè agnoscas, te cessisse.

Sicut enim superior, & rationalis voluntas non indiget actibus voluntatis sensualis, ut actus suos producere valeat; ita nisi ipsamet velit, nunquam cogi potest ad se victam subdendam, etiamsi ab omnibus viribus, & potentia voluntatis sensualis impugnetur.

Deus quippe rationalem voluntatem reddidit libertate, & robore, ut (licet omnes sensus, & singuli dæmonum, quinimò universus terrarum Orbis una arma capeffant, & in ipsam conspirent, atque validiori sibi possibili fortitudine in eam opprimendam irruant) se solâ, hisce omnibus invitis, & contradicentibus, possit libetrimè velle, aut nolle; toties, quoties ipsamet vult, quovis tempore, & quocunque modo, ac sine sibi magis benevisis.

Quòd si supradicti hostes, ex improviso, tanto te nonnunquam impetu invaderent, & aggredierentur, ut voluntas tua penè suffocata, non haberet ultra spiritum, quo vel unicum contrariorum affectuum actum produceret, ne tamen timeas, neque arma deponas, sed potiùs tunc temporis utaris linguâ, & te ipsum tuere sic dicens:

*Non: Non Credo tibi: fidem non habeo: te nolo, neque tibi conscientiam in æternis.* Tum in

hoc te omninò gere ad instar illius, qui cum irrupentem in se hostem suum videt (præclusa via feriendi ensis acumine) manubrio solet ipsum percutere.

Sicut ergo iste ad passum usque aliquando retrocedit, ut mucrone feriat inimicum suum, ita & tu resilias ad tui ipsius cognitionem, considerans nempe, te nihil esse, & nihil posse; Tum spe firmus, fixusque in Deo, qui cuncta potest, adversantem passionem percutere verbis istis: *Auxiliare mihi Domine, DEUS meus; auxiliare mihi JESU; auxiliare MARIA, ne cadam.*

Cum verò tibi ab hoste tuo permittitur, suppetias quoque ferre poteris defatigatæ voluntati, accurrendo scilicet ad intellectum, & diversa puncta meditando. quorum ponderatione voluntas animum, & vices denuò sumit contra adversarios; exempli gratiâ.

In aliqua persecutione, seu afflictione ita ab impatientia vexaris, ut voluntas tua neque velit, neque possit (ut ita dicam) eam amplius tolerare; statim intellectu consolare voluntatem circa hæc, vel similia discurrens.

Primò. Considera, num merearis malum illud, quod pateris, eò quòd scilicet ei occasionem præstiteris, si enim illud mereris, dignum & justum est, ut illud patienter perferas; nam ipsum tuis propriis manibus erecisti.

Se-



Secundò. Si circa malum illud es innocens, & nullam ei causam dedisti. illicentem tuam ad alia peccata converte, quorum pœnam adhuc Domino non persolvisti, & quæ etiam (sicut oportebat) non punivisti.

Agnosce autem, quòd Dei misericordia futuram, & magnam delictorum tuorum pœnam (quæ vel esset æterna in inferno, vel saltem temporalis in purgatorio) commutet cum parva præsentis, illam debes non solum libenter, verum etiam cum gratiarum actionibus acceptare.

Tertio. Si fortasse tibi videreris multam egisse pœnitentiam, & parum à te offensam fuisse Majestatem divinam. (quòd nunquam admittendum est in mente tua) cogita, quòd in Cœlorum Regnum nullus ingrediatur, nisi per angustam januam suæ abnegationis, & patientiæ in tribulationibus.

Quartò. Etiam si per aliam viam intrare posses in cœlestem patriam, tamen propter legem, & debitum amoris, neque cupere istud deberes, maxime, quia DEI Filius, & omnes amici ejus per Crucem, atque spinas in eam ingressi sunt.

Quintò. Illud, in quòd semper, & super omnia oculos, animumque tuum debes intendere, est voluntas Dei, qui propter amorem, quo te diligit, electabitur

quolibet virtutis, & mortificationis actu, quem (ut ei amore correspondeas) tanquam fidus, & magnanimus Heros efficies.

Certum autem hoc habeas, fili, quòd, quòtò irrationabiliores, & indigniores erunt angustia, ratione causa, à qua procedunt, ideoque eò graviores, atque intolerabiliores ad ferendum; tantò eris Domino charior, admittendo nempe, & amando (etiam in rebus, quæ inordinatæ videntur, & sensui tuo amariore) divinam voluntatem, & dispositionem, à quibus eventus omnis (etiam si absque ordine nobis appareat) cum recta mensura, atque regula præponderatur.

### CAPUT XV.

*De quibusdam monitis circa modum certandi;  
& præsertim adversus quos hostes, & quæ  
virtute certandum est.*

**J**AM vidisti, fili, modum, quo certamen ineundum est. ut te vincas, virtutibusque exornes.

Scito nunc insuper, (ut ab hostibus tuis celeriter, & faciliè victoriam obtineas) necessarium esse, ut singulis diebus adversus tuum proprium amorem pugnes: tum, ut assuescas contemptus, velut amicos tuos, diiigere, & quasque afflictiones omnes habere,

here, quas tibi posset quandoque mundus  
inmittere.

Ob nullam enim aliam causam victoriæ  
difficiles, & instabiles apud nos factæ sunt,  
nisi quia ( ut supra tetigimus ) Certamen  
hoc Spirituale minimâ fuit apud nos in  
æstimatione.

Verùm, ne istud quoque ignores: nem-  
pe, quòd certamen tu, cum animi fortitu-  
dine, suscipiendum, & conficiendum sit.  
Quam fortitudinem facillimè per duos  
hosce modos acquires.

Primò. Si talem fortitudinem exposcas  
à DEO.

Secundò. Si diaboli rabiem confide-  
rans, odiumque ejus implacabile, nec non  
infernaliū exercituum numerum; ex ad-  
verso etiam respicias ad infinitam bonita-  
tem, amoremque, quo amaris à Domino,  
videasque longè validiorem, & fortiorem  
esse illis Deum, majorique in numero An-  
gelos, Sanctosque pro nobis stare, acriter  
orationibus dimicantes.

Ex hac quippe consideratione provenit,  
tot infirmas, debilesque mulieres vicisse,  
& subjugasse omnem mundi potentiam,  
sapiëntiamque, omnes carnis aggressiones,  
omnemque barbariem internalem.

Ideirco terreri nunquam debes, etsi  
quandoque tibi videatur, quòd hostium  
certamen magis crescat indies; quòd to-



rum tuæ vitæ tempus duraturum sit: quod-  
que lapsus ferè inevitabilis tibi hoc idem  
multis ex partibus comminetur. Sciendum  
namque tibi est, robur, & sapientiam om-  
nem inimicorum nostrorum esse in mani-  
bus Domini, & Ducis nostri, ob cuius ho-  
norem pugnamus. Ipse autem (cum ma-  
gni, & supra quod dici possit, honorem  
suum æstimet, atque ideo ad certamen nos  
vocet) non solum inferri nobis damnum  
aliquod non permittet, sed pro nobis ipse  
met certans, victos, & bellatosque adver-  
sarios tuos tibi submittet.

Hoc tantum tua interest: pugnare stre-  
nuè, & arma nunquam deponere, vel fu-  
gam cogitare, quamvis multa tibi vulnera  
infigerentur.

Ut acerrimè verò decertes, hoc scias  
oportet: quod impossibile sit ab hoc certa-  
mine fugere; imò quod captus, & perem-  
ptus succumbere debeat, qui in eo dimica-  
re recusat.

Denique scito etiam, tibi agendum esse  
cum hostibus talis naturæ, ac adeò tumi-  
dis, & inflatis odio, ut sperare pacem, vel  
inducias ab ipsis, ridiculum omnino sit.

### CAPUT XVI.

*Quomodo primo mane debeat Christi mi-  
les egredi ad certamen.*

**S**tatim **I**sexpergestus fueris, fili. pri-  
mum.

rum, in quod interiores animæ tuæ oculi dirigentur, hoc sit: In campo ab inimicis vallato undique cerne te, & quidem cum hac lege: quod perpetuè ille morti subjacere debeat, qui in eo loco non pugnat.

Intra campum ubi positus postea fueris, tibi videaris inueneri contra te hostem, seu malam illam inclinationem (quam expugnandam statuisti) armatam, ut te crudelissimè feriat, atque occidat: à dexteris autem victorem Ducem tuum Christum JESUM, simul cum Matre sua sanctissima MARIA Virgine, cum charissimo suo sponso Josepho, nec non etiam cum pluribus Angelorum, atque Sanctorum copijs, sed præsertim cum forti milite Archangelo Michaële: à sinistris verò hostem tartareum cum sedatoribus suis expeditis, & promptis, ut prædictum tuum hostem susceperint, teque ad manus illi dandas sollicitent.

Hæc inter consiste, veluti, si audires vocem Angeli tui Custodis, qui diceret:

Dilecte fili, tibi hodie pugnare opus est cum hoc, cæterisque hostibus tuis. Ne timeat cor tuum, neque vilescat: ob pavorem vel ob aliam causam, ne illis cedat; nam Dominus noster, & Dux tuus, cum omnibus phalangibus supradictis hæc tecum, & pro te adest, tuosque omnes contra hostes certabit, nullo modo permitvens, ut illi

prævaleant, atque triumphant adversus te.

Esto igitur firmus, & constans: violenter tecum age, pœnamque patienter sustine, quam in violentia contra te non semel experieris; sæpe de tui cordis intimis clama ad Dominum Deum tuum: **MARIAM** Virginem, & Sanctos omnes vocans in auxilium tuum; & absque dubio victoriam ab omnibus tuis hostibus reportabis. An debilis es, & malis habitibus plenus, fortes verò, multique sunt inimici tui? Scito, quòd multa etiam sunt auxilia Domini, qui te creavit, & redemit; imò ultra modum, & comparationem fortior est Deus tuus, & voluntatem magis efficacem habet de sua salute, quàm ipsemet hostis infernalis habeat de perditione tua. Pugna ergo, neque te affligi, & torqueri timeat, quandoquidem ab animi tui virtute adversus vitia, nec non à pœna, quæ ratione habituum malorum oppositorum nos cruciat, victoria, & thesaurus educitur, quo Cœlorum emitur regnum, & quo anima in æternitates perpetuas unitur **DEO**.

Itaque incipe, fili mi, in nomine Domini, armis Diffidentia tuè ipsius, & confidentia in Deum, Oratione, & Exercitio, ad Certamen hostem illum, sive passionem, quam iuxta ordinem superius traditum



tum subjugare decrevisti) compellens, modò per repugnantiam, modò per odium, & modò per oppositæ virtutis actus eam sæpè confodiens, & vulnerans usque ad totalem illius interitum, atque exitium. Omnia autem semper age, ut soli placeas Deo, qui simul cum universa Ecclesia triumphante tuo adstat certamini.

Dilecte fili, rursus dico tibi, certamen fastidire non debes, sed potiùs illa considerare, ad quæ omnes tenemur, scilicet ad inserviendum, & placendum DEO. Præterea ad necessitatem quoque debes attendere, quam ad dimicandum habemus. Fugere enim, nec absque vulneribus, nec absque morte nos possumus. Imò addo insuper, quòd si, adinstar rebellis animæ, à Domino velles fugere, reque ad mundum convertere, & ad carnis oblectamenta: aut velis, aut nolis, tibi pugnandum est, & quidem cum tot ac tam crudelibus hostibus, ut sæpissimè habiturus sis madefactam frontem sudoribus, qui ad cor usque penetrantes, mortis spiritualis angustias illuc afferent.

Cogita hîc ergo, fili, quodnam stultitiæ genus esset, laborem, & pœnam assumere, quæ nunquam finem habeat, & quæ laborem, & pœnam patiat longè majorem (neque absque exitio) si fugimus, quàm si brevi tempore decertemus; decertando

namque (præterquam quòd certamen  
citò concluditur) cum æterna vita in infi-  
nitum beata unimur, & in sempiterna sæ-  
culâ fruimur DEO nostro.

## CAPUT XVII.

*De ordine servando in Certamine contra  
malas propensiones nostras.*

**M**ultum interest, fili, scire ordinem  
servandum, ut ritè in certamine con-  
grediaris; & ne totum hoc agas, quasi ca-  
su, vel propter consuetudinem, sicut cum  
proprio damno faciunt plures; Ideo

Scito, ordinem servandum in pugnan-  
do adversus hostes, & malas inclinationes  
tuas hunc esse: Primò, ut intra cor tuum  
te recipias: tum diligenti scruteris exami-  
ne, à quonam affectuum genere circum-  
detur, & à quanam passione magis, & fre-  
quentiùs coarctetur, & torqueatur; ac de-  
inde contra illam arma, & certamen sus-  
cipias.

Quòd si te ab aliis quoque non pravisis  
hostibus invadi contingat, semper tibi  
contra hostem illum certandum est, qui  
tunc actu, & propriùs, quàm cæteri, tecum  
pugnat; ita tamen, ut semper ad præ-  
cipuum opus tuum revertaris  
statim.

## C A P U T X V I I I.

*De modo subitis passionum moribus  
obstendi.*

**D**ilecte Fili, si nondum assuetus es de-  
clinare, atque intrepido corde susti-  
nere injuriarum, vel alterius rei tibi con-  
trariæ ictus, cupisque in hoc acquirere  
consuetudinem: necesse est, ut assuescas  
prævidere, & velle, paratoque semper ani-  
mo expectare prædictos ictus.

Modus tales ictus prævidendi est: si,  
considerata passionum, & vitiorum tuo-  
rum naturâ, consideres etiam personas, &  
loca, in quibus, & cum quibus agis, &  
conversaris. Ex his etenim facillimè con-  
jicies, quid accidere tibi possit.

Quando verò aliquid aliud adversum,  
seu non expectatum occurret (præterquam  
quòd auxilium receperis, eò quòd ani-  
mum præparatum habueris ad alia, quæ  
prævidebas) poteris insuper uti hoc novo  
medio inferiùs addito, quia ab eo non exi-  
guum juvamen recipies.

Porro, statim ac alicujus injuriæ, vel al-  
terius rei te affligentis senseris ictus, vires  
exere, & vim tibi infer, ut mentem ad  
DEUM eleves, meditando ejus ineffabi-  
lem bonitatem, & erga te amorem, pro-  
pter quem Deus talem animi perturbatio-  
nem, & angustias tibi immisit: ut illas sci-



licet tu perferens pro ipsius amore, magis emenderis interius, magisque fies proximus, & uniaris cum ipso DEO.

Postquam verò cognoveris, Divinum esse beneplacitum, ut illam sustineas aduersitatem, protinus cogitationem tuam ad te converte, in similem ferè modum te objurgans, & tecum loquens:

*Quare ò anima mea gestare Crucem recusas, quam non hic, vel ille homo, sed Pater tuus amantissimus offert tibi?*

Deinde ad talem Crucem te vertens, majori, quàm potes, patientiâ, eam amplectere, & dic:

*O Crux a Divina providentia elaborata, priusquam viverem: ò crux à dulcissimo meo Domino Cruci affixo tota dulcis reddita, suscipe me, clavisque me fige in te, ut per te me suscipiat, qui per te moriens me redemit.*

Quòd si ab initio sauciatus procumbes, (eò quòd adeo passio prævaleret adversus te, ut pergere ad Deum non posses) quære nihilominus prædicta omnia facere, tanquam si vulneratus non esses.

Efficacissimum tamen omnium remedium contra motus istos erit, è medio tollere occasionem, à qua proveniunt; exempli gratiâ.

Si cognoscis, quòd propter affectum, quo rem aliquam diligis, turberis, & in subitam iram erumpere soleas, cum rem illam

illam  
huius  
sue  
dica  
Si  
aliqu  
horr  
ficio  
reme  
que i  
char  
quar  
tura  
form  
occa  
ranti  
qui p  
nibus

D  
tibi p  
Qu  
dere,  
mirur  
An  
Cù  
Post

illam non obtines: remedium, quo citò huic vitio providere debes, hoc est, ut assuescas prædictum affectum penitus eradicare.

Si verò talis ira, non à re ipsa, sed ab aliqua persona procedat; à qua tu adeo abhorres, ut vel minimum quid ab ipsa proficiscens te succendat: tunc optimum erit remedium, voluntati tuæ vim facere, eamque inclinare ad eam personam amandam, charamque habendam: quia ( præterquam quòd etiam ipsa, sicut & tu, est creatura per supremam Domini dexteram efformata, divinoque sanguine reformata ) occasionem tibi præstat, ut per talem tolerantiam similis fias amantissimo DEO tuo: qui piissimus, & benignissimus cum omnibus semper fuit, & est.

## C A P U T XIX.

*De modo certandi contra vitium carnis.*

**D**ilecte Fili, adversus hoc vitium præcipuo, diversoque à supradictis modo tibi pugnandum est.

Quare, ut ordinatè scias in bello procedere, tria debes tempora considerare: nimirum,

Antequam tentemur,  
Cum tentamur, &  
Postquam tentatio præterit.

An-

Ante ipsam tentationem certamen erit  
 contra causas, quæ hasce tentationes so-  
 lent producere; fugere enim illas debes,  
 vel si cum iisdem tibi nonnunquam neces-  
 sariò agendum est, omnia citissimè, &  
 absque mora vel parvula perage, & qui-  
 dem cum vultûs modestiâ, severitate, at-  
 que rubore. Quin etiam tibi suadeo, ut  
 verba, quæ profers in similibus occasioni-  
 bus, asperitate potius condita sint, quàm  
 benevolentiam, & superfluam affabilitate.

Neque confidas, fili, quòd tunc tempo-  
 ris nihil in te sentias, vel quòd à multis  
 annis impulsus, aut motus carnis verè non  
 senseris; quia nefarium hoc vitium, quod  
 pluribus annis non fecit, unâ conficit ho-  
 rã, tegitque sæpè machinamenta, & oc-  
 cultè dirigit, eoque magis nocet, & ferit,  
 quòd amicitiam quietiorem simulat, & sui  
 suspicionem à nostris cordis tollit.

Propterea maximopere timendum est  
 (sicut experientia non semel nobis osten-  
 dit) quando inter aliquos sub licitarum re-  
 rum prætextu consuetudo protrahitur: ex-  
 emplî gratiâ, sub prætextu consanguini-  
 tatis, urbanitatis, aut virtutis recogno-  
 scendæ, quæ in persona dilecta refulgeat.  
 Nimiam quippe, & imprudenti consuetu-  
 dini venenata sensus dilectatio immisce-  
 tur, quæ insensibiliter intra pectus irro-  
 tans, ac ad medullas animæ pertransiens,  
 magis



magis quotidie rationem obnubilat, & taliter, ut intra breve temporis spatium nihil aestimari ea incipiant, quæ valde obnoxia manent periculo: ut sunt benèvoli aspectus: grata, & dulcia ad invicem verba: conversationisque delectationes, quibus inter duos non intermissis, in præceptis miserime eorum quilibet ruit, vel saltem in calamitosissimam incidit tentationem, atque ad superandum penè impossibilem. Idcirco pro documentis hæc habeas:

Primò. Fuge statim, fili, fuge, ubi vel minimam umbram videris hujus virii. Stuppa namque sumus nos homines, ideoque facillimi ad flammam concipiendas. Neque confidas, quòd aquâ voluntatis bonæ madefactus sis: vel quòd firmam voluntatem habeas, & potius ad moriendum promptam, quàm ad offensionem vel minimam contra Dominum committendam. Per iteratam enim conversationem carnalis ignis adeo calore suo aquam bonæ voluntatis exsiccat, & in ictu oculi in nobis ita succenditur, ut neque consanguinitati jam parcat; Deum etenim non timebit, honorem nihili faciet, vitam non curabit, imò nec omnia inferorum supplicia ipsum retardabunt. Quapropter fuge, fuge, dico iterum, fili, nisi velis calefieri, accendi, & comburi.

Secundò. Fuge similiter otium, vigil  
elto.

esto, & expergefactus in omnibus, sed præsertim in operibus, & cogitationibus, quæ statui tuo convenire videntur.

Tertiò. Ne repugnes unquam, sed facile in rebus omnibus obedias Superioribus tuis, promptè, & alacri animo iis obtemperans, quæ tibi ab iisdem imponuntur, illisque in rebus libentius, quæ humilitatem gignunt, ac magis, quàm cætera alia voluntati, & appetitui tuo rationali ad-versantur.

Quartò. Nunquam temerè judices de proximo tuo, & maximè circa hoc vitium. Quòd si manifestè quandoque lapsus ille esset, ei compati debes, & non contra ipsum indignari, aut idcirco eum contemnere. Quinimò ex illius lapsu excerptus pro te est fructus humilitatis, & cognitionis tui ipsius, atque cognoscendum, quòd pulvis, & nihilum sis. Tum Oratione quæres cum Deo uniri, ac magis, quàm antea, consuetudines, & conservationes de vitate, & fugere, quamvis in illis sola etiam umbra periculi timeretur.

Quòd si pronus, & facilis fueris ad iudicandum de aliis, & ad eos contemnendos; scito, quòd tuis sumptibus à Domino corripieris: permittit namque, te præcipitem ruere in eundem errorem, ut exinde superbiam tuam agnoscas, atque ita propter lapsum factus humilis, de remedio pro utroque vicio cogites.

Si

Si  
ris, ne  
semper  
maximè  
Qu  
fili mi  
videri  
seris d  
tiam d  
contra  
carnis  
bus t  
videa  
bere  
hoc f  
ciem  
quam  
Te  
tim  
seca  
C  
rum  
vestit  
que,  
Ag  
honest  
tuis,  
quæ  
quoc  
perit  
In

Si vetò, postquam judicâsti, non labe-  
ris, neque tuas immutas cogitationes, sed  
semper in superbia perseveras, scito, quòd  
maximòpere dubitandum est de tuo statu.

Quintò, & ultimò. Diligenter attende,  
fili mi. ne (eò quòd donum aliquod in te  
videris, vel spiritualium deliciarum sen-  
seris delectationem) in vanam complacen-  
tiam extollaris, tibi que suadeas, te multa  
contra hoc vitium posse. Imò neque putes,  
carnis certamen adversus te esse ab hosti-  
bus tuis intermittendum, eò quòd eos tibi  
videaris despiciere, exhorrere, & odio ha-  
bere; sed scito potius, quòd, si incautus in  
hoc fueris, facillimè in extremam perdi-  
ciem ibis. Et hæc satis de tempore, ante-  
quam circa carnis vitium tentemur.

Tempore autem tentationis, cogita sta-  
tim, fili mi, utrùm talis tentatio ab intrin-  
seca, vel ab extrinseca proveniat causa.

Causam extrinsecam esse duco: oculo-  
rum, atque aurium curiositatem: nimiam  
vestium perpolitionem: conversationes-  
que, & discursus ad hoc vitium incitantes.

Aptum contra hæc omnia remedium est,  
honestas, & modestia talis in actionibus  
tuis, ut nulla videre, vel audire velis ex iis,  
quæ ad turpe hoc vitium extimulant. Fuga  
quoque in hisce casibus optima est, ut su-  
perius dixi.

Intrinsecam vetò hujus vitii causam ef-

Te



seputo, corporis hilaritatem, mentisque cogitationes, sive istæ à malis nostris habitibus, sive à dæmonis instigatione procedant.

Hilaritas corporis jejuniis, disciplinis, ciliciis, vigiliis, aliisque similibus mortificanda est, non ultra id tamen quod virtus docet, & obedientia præscribit.

Pro cogitationibus (à quacunque parte excitentur) remedia quædam propria hîc etiam assignantur, nempe:

Primò. Occupationes in variis exercitiis tuo statui convenientibus.

Secundò. Oratio, & meditatio:

Oratio tamen fiat modo inferiùs explicato.

Cùm prænoscis non solum prædictas cogitationes pravas, verùm etiam motus, qui solent hujusmodi tentationes præcedere: illico te mente ad Dominum Crucifixum recipiens, dicas: *Mi JESU, JESU mi dulcis, cito, queso, auxilium præbe, ne incidam in manus aduersarii mei.*

Tum subinde Crucem amplectens, ex qua pendeat Dominus, & sæpe sanctissimorum pedum plagas exosculans, cum ardenti dicas affectu: *Plaga pulchra: Plaga pura: Plaga divina, miserum meum, & impium cor heu vulnerate, liberum ab offensa vestra me dimittentem.*

Nolo tamen fili, ut tempore, quo tentationes

tiones  
dant, m  
versetur  
mediu  
gratià o  
satiabil  
quæ co  
circa p  
honoris

Hoc  
um est a  
damnu  
cæt in  
suprad  
introm  
lum de  
Unde o  
dium e  
tentati  
alia te  
quæ ta

Ita  
tionib  
passion  
Christi  
Que  
tradit  
nient  
um m  
semel  
ratione

tionem carnalium delectationum abundantiam, meditatio tua circa quædam puncta verferetur, quæ ob talium tentationum remedium in multis libris leguntur; exempli gratiâ circa hujus vitii turpitudinem, insatiabilitatem, dolores, & amaritudines, quæ consequuntur ad ipsum: imò neque circa pericula, & jacturam opum, vitæ, honoris, & hujusmodi.

Hoc enim non semper tutum remedium est ad tentationes hæc vincendas; imò dârnnum afferre multoties potest. Nam licet intellectus ex una parte cogitationes supradictas repellat, ex alia nihilominus intromittit in nos occasionem, & periculum delectationis, & consensus in illas. Unde optimum, & propriissimum remedium est. omnino fugere, neque ab istis tentationibus tantum, sed etiam ab omni alia re (quamvis tentationibus opposita) quæ tales objiciat tentationes.

Itaque meditatio tua, fili, pro occasionibus prædictis sit circa vitam, atque passionem Crucis affixi Domini JESU Christi.

Quod si in hac meditatione (tua contradicente voluntate) tibi in mentem venirent prævæ cogitationes, & præter solitum molestiam afferrent (sicut certò non semel accidet) ne idcirco timeas, vel meditationem tuam omittas, vel ad tentationes  
 illas

illas te vertas, ut eis obsistas; sed meditationem tuam majori, qua potes attentione, prosequere, nihil prorsus curans tales cogitationes, tanquam tuæ non essent. Hoc enim medio aliud melius inveniri certè non potest, ut magis illis resistas, quam vis adversus te semper pugnarent.

Meditationem postea hac, vel simili petitione conficies: *Libera me Creator, & Redemptor ab inimicis meis ad honorem passionis, & ineffabilis bonitatis tuæ.* Cave tamen accuratissimè, fili, ne mens tua, vel raptim, ad hoc vitium deflectat; nam sola etiam ipsius recordatio absque periculo non est.

Adverte insuper, ne ad disputationem cum huiusmodi tentationibus congregiaris, utrùm scilicet hisdem consenseris, nec ne? Hoc enim, licèt speciem habet bonitatis, tamen verè larvata dæmonis fallacia est, ut nimirum ne tristem, territum, & pusillanimum reddat. Ideò namque te in hisce detinet disputationibus occupatum: quia sic faciendo sperat, quòd te possit quandoque impellere in aliquam culpam.

De hac autem carnis tentatione, (cùm consensus manifestus non est) contentus sis, omnia breviter tuo Patri spirituali confiteri, & postea ipsius iudicio, & consilio omninò quiescere. Tuò tamen Patri spirituali, nedum prædicta omnia, sed tota mens, & cor tuum aperiendum est. Neque

que  
que m  
quis te

Ex  
que h  
gemu  
contra  
simus  
sempe  
in nob  
pore q

Post  
citus i  
& tur  
per fa  
nis oc  
virtut  
agend  
Ha  
tis ur  
calidi  
diæ;  
in ter

D  
D  
tionis  
etiam



que unquam ab hoc totali mentis, cordis-  
que manifestatione timor, vel pudor ali-  
quis te trahere debet.

Et ratio est, quia, si adversus quoscun-  
que hostes nostros virtute humilitatis indi-  
gemus, ut eos subjugare possimus, magis  
contra hunc, quàm contra alios, humiles  
simus opus est; nam vitium istud fermè  
semper, ob superbiam nostram punitionem,  
in nobis regnat. Et hæc etiam satis de tem-  
pore quo tentamur.

Postquam verò tentatio præterit, solli-  
citus in hoc esse debes: ut (licet liber jam,  
& tutus videaris) mente nihilominus sem-  
per fugias ab objectis illis, quæ tentatio-  
nis occasionem afferre possunt, etiam si ob  
virtutis, vel alterius boni finem, ad aliter  
agendum te compelli arbitreris.

Hæc namque omnia nostræ Naturæ vi-  
tiis unde quaque scatentis fraudes sunt, &  
calidissimi nostri hostis laquei, atque insi-  
diæ; in lucis enim Angelum se mutat, ut  
in tenebras nos detrudat.

## C A P U T XX.

*De modo certandi adversus negligentiam,*

**D**ilecte fili, ne in miseram negligentiam  
servitutem devenias, (quod perfe-  
ctionis iter non solum impediret, verum  
etiam te in tuorum inimicorum traderet  
manus)

manus) subsequētia monita à te diligentissimè servanda sunt.

Primò. Omnem curiositatem, & terrenam affectum, nec non etiam qualemcūque occupationem, quæ statui tuo non conveniat, fugere debes.

Secundò. Conare omni studio, ut citò omni inspirationi bonæ, & cuilibet tuorum superiorum mandato respondeas, & obtemperes, cuncta semper, operans eo tempore, modo, quo voluntatem, & placitum eorundem esse cognoveris.

Quare in his, neque mora brevissima admittenda est; prima namque mora secundam vocat, & hæc tertiam, tum successivè alias: quia istis facilius, quàm prioribus, sensus noster inclinatur, & assentitur, cum captus jam sit voluptate, quam in iisdem gustavit.

Et hinc est; quòd, vel tardè nimis actiones nostras incipiamus, vel eas, tanquam nobis molestas, multoties affatim intermittimus.

Sicque paulatim, negligentia habitus componitur, qui nos eò usque postmodum deducit, ut eodem instanti, quo per negligentiam illaqueamur, magis nonnunquam nos esse velle sollicitos propugnemus; agnoscimus enim, (nec sine magna verecundia, & rubore) tunc maximò per nos negligentes fuisse.

Magna

Magna hæc negligentia per omnia discurrit, suoque veneno, non solum voluntatem inficit, faciens, ut hæc à bono opere abhorreat, verum & intellectum obæcat, ne videat quàm mala sint, & malè fundata proposita nostra: scilicet imposte- rum operandi citò, & diligenter illud, quod, (utpotè ad effectum tunc reducendum erat) vel voluntariè omninò negligitur, vel saltem in aliud tempus differri solet.

Neque sufficit, si brevi temporis spatio opus conficias, quod debes facere; sed necesse est, ut illud opportuno tempore facias, & cum à qualitate, & substantia operis ita requiritur. Tunc etenim omnium solertia necessaria illud facere debes, ut majorem perfectionem possibilem habere possit.

Ex quo patet, quòd diligentia dicenda non est, sed maxima negligentia, ante suum tempus opus peragere, statimque ab eo nos expedire, priusquam omninò perficiatur; quoniam hoc tantummodo facimus: ut nos deinde, absque ulla animi perturbatione, acediæ, & otio vacare possimus; illis enim propensa erat mens nostra, quando celeriter opus conficiebamus.

Totum, & magnum istud malum non oritur, nisi ex eo, quòd non consideremus valorem, & pretium operis boni in tem-

D

pore



pore facti, & ex animo firmo ad labores, difficultatesque subeundas, quas negligentiae vitium tyronibus in hac spirituali militia afferre solet.

Scire enim debes, fili mi, solam mentis elevationem in Deum, & genus flexionem factam usque ad terram in honorem ejusdem Dei, majoris valoris esse, quam omnes terræ thesauros; tum (quotiescunque nobiscum violenter agimus, & cum nostris passionibus malis) Angelos è Cœlorum Regno triumphalem victoriæ, aureolam deferre animæ nostræ.

Quinimò sciendum tibi quoque est, Deum paulatim subtrahere negligentibus gratias suas, quas ipsis donaverat; ubi è contra easdem diligentibus semper auget, quo illis ad Cœlorum gaudia ingressum præstet.

Quod si tanto non polles animo, ut labori, & difficultati magnanimiter occurras, saltem ita illam interiùs cœla, ut minor foris appareat, quam in se sit.

Exercitium tuum (exempli gratiâ) plures actus requirit; multorumque dierum labore, & studio indiges, ut virtutem adipiscaris: tum hostes multi, & fortes sunt, qui sese objiciunt; incipe actus elicere, tanquam, si quosdam solum deberes producere, & dies paucos elaborare. Deinde pugna contra hostem tuum, ac si cum reli-

quis

quis  
semp  
divin  
tior.  
glige  
cor t  
cont  
illuc  
Id  
ab ex  
tur in  
glige  
nem  
vam  
enim  
ex ha  
Qu  
quis  
gnar  
ris, e  
stia  
post  
H  
serva  
cont  
diffi  
viril  
pe a  
pera  
ter o  
vis c  
glig

quis tibi decertandum non esset, magna semper nixus confidentia, quod tu, per divinum auxilium, omnibus illis sis fortior. Si enim ita feceris, debilior fiet negligentia, & tali pacto disponetur quoque cor tuum, ut virtus prædictæ negligentiae contraria successivè postmodum possit in illud ingredi, ibique manere.

Idem dico de oratione. Si nonnunquam ab exercitio tuo unius horæ spatium exigatur in oratione infumendum, hocque negligentiae tuæ nimis videatur, ad orationem perge, tanquam si tantum per octavam horæ partem orare velles; ex hac enim facile ad alteram partem transibis, & ex hac ad aliam.

Quod si in prædicta octava, vel in reliquis horæ partibus validam nimis repugnantiam, & difficultatem expertus fueris, exercitium pro illo tempore (ne molestia subrepat) intermitte, sed tamen paulò post illud rursus resume.

Hoc idem in operibus manualibus observa. Cum multa opera à te esse facienda contingit, licet (eò quod magna, atque difficilia sint) totus turberis, nihilominus viriliter, & tranquillo animo semper incipe ab uno opere, velut, si tibi opus aliud peragendum non esset. Ita quippe diligenter operans minore longè cum labore quavis conficies, quàm tibi antea propter negligentiam videbatur.

Si verò supradicto modo non te gesseris, aut occurrenti difficultati, & labori non te objeceris; negligentia vitium adversus te ita insurget, ut (non solum cum adfuerit prædictus labor, & difficultas, quam secum habet ab initio virtutum exercitium, verum etiam cum longè abfuerit) anxius, malè contentus, ac timens detinearis, velut, si exerceari, & invadi ab hostibus singulis horis deberes, vel tanquam si ab hoste novo te quid aliud sustinere oporteret; atque ita in ipsamet quiete semper viveres inquietus.

Et scito, fili, quòd hoc negligentia vitium, non tantum paulatim, mediante suo occulto veneno, primas, parvasque radices (a quibus produci deberent virtutis habitus) inficit, & marcidas reddit; sed illas quoque habituum acquisite; sicut enim tinea lignum corrodit, ita, & negligentia insensibiliter spiritualis vitæ medullas consumit; & cuilibet, sed illis præfertim, qui vitæ spirituali vacant, insidias, laqueosque hoc medio hostis infernalis orditur.

Vigila ergo orando, & benè operando; neque expectes nuptialis vestis pannum intexere; quando tempus est egrediendi cum vestibus, & ornamentis jam perfectis obviam sponso.

Memento autem quotidie, quòd ille, qui

qui  
per  
ram d  
non s  
mom  
me,  
temp  
unoq  
nem  
Co  
diem  
ea cor  
verfu  
suas n  
egeris  
& pra  
quam  
accen  
terna  
gnur  
quar

De ex  
per

M  
guber  
petit



qui matutinum tibi tempus concedit, vespertinum non promittit, & quod vespertinam donans, crastinam lucem matutinam non spondet. Propterea omnia horarum momenta juxta Dei beneplacitum insume, & quasi aliud non permetteretur tibi tempus à Domino: eò vel magis, quod de unoquoque momento strictissimam rationem reddere necesse est.

Concludo, & te moneo, fili, ut amissam diem illam putes (etiamsi multa opera in ea confecisses) in qua plures victorias adversus malas propensiones, & cupiditates suas non obtinueris, & in qua gratias non egeris Domino pro beneficis tibi collatis, & præcipuè pro acerbissima passione sua, quam pro te ardentissimis amoris flammis accensus toleravit: nec non etiam pro paterna, & amantissima punitione, si te dignum quandoque fecerit inæstimabili aliquarum tribulationum thesauro.

## C A P U T XXI.

*De exteriorum sensuum regimine; & quomodo per illos transire possimus ad Divinitatis contemplationem.*

**M**agna solertia, & exercitatio assidue requiritur, fili, ad regendos, recteque gubernandos sensus nostros exteriores: Appetitus enim, qui veluti dux est corruptæ naturæ

naturæ nostræ, in gustus, & consolationes præcepstendit; & cum per se solum eas obtinere non potest, sensibus exterioribus utitur, tanquam militibus suis, atque instrumentis naturalibus, ut sensuum præderetur objecta, quorum imaginationes abstrahens, & ad se rapiens, in anima nostra postmodum imprimit. Ex quibus deinde voluptas consequitur, quæ (ob cognationem intercedentem inter ipsam & carnem) diffunditur per omnes sensuum partes, quæ huiusmodi delectationum capaces inveniuntur. Unde tum in corpus, tum in animam derivatur communis lues, utrumque ex istis corrumpens.

Damnum vides fili, remedium attende.

Observe diligentissimè, ne sensus tui liberè vagari incipiant, quo eis placet; nec illis unquam utaris, cum sola voluptas, absque utilitate, vel necessitate te mover. Quod si nimis incauti inconsideratè aliquando illi excurrerent, statim ac istud agnoscis, eos revoca, taliterque moderare; ut, ubi prius miserrimè in gustuum carcerem ruebant, ibi nobilem cujuscunque objecti prædam obtineant, eamque intra animam deferant. Propter quam prædam deinde recollecta in se anima tua, suarum potentiarum plumas in Cælum explicet ad Domini Dei contemplationem.

Idcir-

Idcirco, cum tuis sensibus exterioribus  
 objectum aliquod repræsentatur, mente  
 tua illico spiritum ab eo separa, seu (ut  
 clarius loquar) omne id, quod Dei est,  
 ab ipso præscinde, cogitans, tale objectum,  
 ex se, nihil habere illius boni, quod sensu-  
 bus tuis præsens est, sed totum illud esse  
 operam Dei, qui, per indivisibilem spiri-  
 tum suum, essentiam illam, & quodcum-  
 que aliud bonum (quod in eo reperitur)  
 eidem communicat. Gaude nihilominus,  
 ubi cogitaveris, quod solus Dominus  
 tuus, causa, & origo sit tantarum, atque  
 tam diversarum perfectionum, quæ in re-  
 bus creatis elucescunt, & quod illas om-  
 nes eminenter in se ipso contineat. Nihil  
 aliud enim est bonum, quod tibi objici-  
 tur, quam exiguus divinarum, & infini-  
 tarum perfectionum gradus.

Quod si adverteris, te in perspicendis  
 creaturis præstantioribus detineri, illas  
 protinus ad purum suum nihilum per  
 cogitationem tuam redige, intellectum  
 tuum ad ipsarum dirigent Creatorem ibi  
 præsentem, qui eis esse illud donavit; at-  
 que in ipso tantum delectatus sic intra te  
 colloquaris: *O Divina essentia summopere  
 desiderabilis, quam multum fruor, te solum infini-  
 tum esse principium cujusunque rei create!*

Similiter inspiciens arbores, herbas,  
 & hujusmodi, intellectu percipe, quod



vitam, quam ducunt, non à se, sed à spiritu Divino habent, quem tuis corporeis oculis non intueris. Ab hoc quippe solo spiritu vivificantur. Quare sic intrate dicere poteris: *Ecce vita vera, ex qua, in qua, & ob quam vivunt, & crescunt omnia, o viva, & vera mei cordis dulcedo!*

Pariformiter à brutorum aspectu mentem ad DEUM attolles, qui eisdem motum, & sensum impertitur, & dices: *O Motor supreme, qui, universa licet moveas, immobilis permanes in te ipso, quantum lator tua consistentia, & immutabilitate!*

Quòd si à creaturarum pulchritudine rapi te noveris, statim id, quod vides, separa à Domini spiritu, quem non vides; & considera, quòd omne illud, quod extrinsecus formosum refulget, à solo, eodemque invisibili spiritu est, à quo externa illa pulchritudo originem ducit; tum undequaque hilaris dicas: *Ecce rivuli fontis in-creati! Ecce guttura infiniti oceani totius boni? O quam letus interius ego sum, dum aeternam, atque immensam DEI pulchritudinem mente revolveo; ipsa enim cuiusvis creatura pulchritudinis causa, & origo est.*

Cernens autem in aliis bonitatem, sapientiam, justitiam, cæterasque virtutes, prædictâ factâ segregatione, sic alloquere DEUM tuum: *O ditissime virtutis thesaurus, quantum ego perfundor delectatione, eò quòd à te,*

per  
uni  
hil per  
pro  
Mem  
mult  
M  
exter  
oper  
instr  
re ad  
ferè  
intus  
minu  
sim; i  
operat  
C  
quò  
lapo  
dice  
extra  
ira in  
surat  
Si  
cere  
fiste  
à qu  
rem  
prof  
ficut  
ita a

Et per te unice totum bonum proveniat: Et quod uni versa cum tuis comparata perfectionibus, Nichil penitus sine! Tibi gratias ago Domine pro istis, Et pro quo vis alio bono, quod proximo meo fecisti. Memento Domine, quam pauper ego sim, Et quam multum virtute N. indigeam.

Manus deinde ad aliquid operandum extendens cogita, primam causam illius operationis esse DEUM, te verò solùm instrumentum vivum ejusdem DEI; quare ad ipsum mentem tuam elevans in hunc ferè modum loquaris: Quam magnum mihi intus gaudium inest o summe rerum omnium Dominator Et Domine, quòd nihil sine te efficere possim; imò quòd tu solus primus, Et precipuus sis operator universorum.

Cibum, vel potum sumens, meditare, quòd DEUS ille est, qui tali eum condit sapore; quare in DEO tantùm delectatus, dicere poteris: Latere anima mea, quia sicut extra Deum tuum nullum invenitur gaudium, ita in ipso unico perfectè delectari potes, Et saturari.

Si de alicujus rei fragrantia tibi complacere videaris, in ea complacentia nihil persistens, statim mente pertransi ad Deum, à quo provenit odor ille: & ex hoc interiorem hilaritatem, & lætitiã colligens, proferas in corde tuo: Heu fac Domine, ut, sicut ego gaudeo, quòd à Te fluat omnis suavitas, ita anima mea, omnibus terrenis voluptatibus

abrenunciatis, in altum coascendat, gratumque  
divinis tuis naribus odorem efflet.

Cum sonorum, & cantuum harmoniam  
audis, intellectum subito ad Dominum  
tuum converte, & sic loquere: O quam  
fruo, mi Domine Deus meus, tuis infinitis per-  
fectionibus, qua omnes unita simul nedum in te  
caelestem harmoniam efficiunt, sed & in Angelis,  
Caelis, & creaturis omnibus concentum perficiunt  
admirabilem!

## CAPUT XXII.

Quomodo res ipsa medium nobis esse possunt ad  
sensus nostros moderandos: transitum nempe  
faciendum ad incarnati Verbi, ejusque vitæ,  
& passionis considerationem.

**D**ilecte fili, tibi superius ostendi, quo-  
modo possimus à rebus sensibilibus  
mentem nostram attollere ad Divinitatis  
contemplationem, nunc vellem modum  
addisceres, quomodo ab iisdem rebus mo-  
tivum ascendendi ad Verbi incarnati, ejus-  
que vitæ, & passionis sacratissimæ medita-  
tionem desumere valeas.

Quæcunque in terris sunt, deservire ad  
hoc optimè possunt, si mentis oculo respe-  
xeris in eis summum DEUM. ut supre-  
mam, atque unicam primam causam, quæ  
illis omne istud esse, pulchritudinem, &  
excellentiam indidit, quam in se habent;

cum.



tum exinde immigrabis ad considerandum, quàm magna, & immensa sit bonitas ejus, qui (licet unicum sit principium, & Dominus omnis creaturæ (voluit nihilominus ad talem, tantamque humilitatem descendere, ut fieret homo, pateretur, mortemque oppeteret, propter hominem, permitteretque creaturas ipsas à manu sua formatas armari contra se, ut ipsummet Cruci affigerent.

Per multas autem res, & quidem singulari modo, nostræ mentis oculis subjiciuntur prædicta JESU Christi mysteria, atque dolores, (exempli gratiâ) per arma, funes, flagella, columnas, spinas, arundines, clavos, malleos, cæteraquæ omnia, quæ JESU Christi passionis instrumenta fuerunt.

Vilia, & misera domicilia ad memoriam nostram adducent stabulum, & præsepe Domini: pluvia è Cælo decidens sanguineam, atque divinam pluviam, quæ in horto è sanctissimo ejusdem corpore profluens, irrigavit terram: petræ illas, quæ scissæ sunt in illius morte: terra motum, quem tunc ipsamet peperit: Sol tenebras illas, à quibus universus Orbis est obscuratus: & aqua tandem aquam, quæ è divino ejus Domini latere exivit. Quod de cæteris similibus etiam intellige.

Vinum autem, vel alium liquorem

ore libans, recordare fili mi, aceti, & fel-  
lis amarissimi Domino traditi ad biben-  
dum.

Ab odorum suavitate intellectus, cogi-  
tatione subito advola ad corporum mor-  
tuorum foetorem, quem ipse Dominus, &  
Redemptor noster in monte Calvariae  
perferebat.

Te vestiens memento, quod Verbum  
aeternum humanam carnem assumpserit,  
ut sua te indueret divinitate.

Te exuens ad memoriam tuam revoca,  
Christum JESUM spoliatum fuisse, ut  
flagellis caderetur, & in Cruce pro te con-  
figeretur.

Gentium clamores, & strepitus audiens,  
recole abominabiles, & barbaras illas vo-  
ces: *Crucifige, Crucifige: Tolle, Tolle*, quae ad  
aures divinas personuerunt.

Quoties horologium pulsatur, penetret  
intra cor tuum dolorifica illa percussio,  
quam Dominus tuus passus est, cum in  
horto propinquam passionem, & mortem  
pavere coepit: seu etiam tibi videaris au-  
dire duas percussiones, quibus Christus  
Cruci crudeliter affixus est.

Demum in quacunque occasione, quae  
tibi sese offerat moerendi, & dolendi, vel  
ratione tua, vel aliorum hominum causa,  
cogita, omnia veluti nihilum esse, com-  
paratione incomparabilium afflictionum,  
quae

que affligerunt, & dilaceraverunt animam  
IESU Christi.

## C A P U T XXIII.

*De novo modo sensus nostros moderandi iuxta  
varias occasiones, qua nobis occur-  
runt.*

**C**UM jam videris, fili mi, quomodo intellectus noster attolli debeat à sensibilibus, terrenisque rebus ad Divinitatem, & ad incarnati Verbi mysteria: alios hinc addam modos, à quibus varias meditationes possis excerpere, ut animarum nostrarum gustus, qui inter se differunt, multos, & diversos habeant cibos, quibus pascantur. Præterquam quòd prodesse hoc poterit, non solum hominibus simplicibus, & indoctis, sed illis etiam, qui elevato præstant ingenio, & multum proficiunt in via spiritus: qui non semper omnes æqualiter pro altioribus contemplationibus idoneos reddit.

Neque timendum, vel dubitandum est, quòd confusionem in hac rerum varietate passurus sis, si moderatus benè fueris animus tuus, & cum humilitate, atque fiducia alterius consilium executioni mandaveris, quotiescunque fuerit circa aliquid à me proveniens.

Inspiciens igitur tot res vagas oculis, &



in terris pretio habitas, puta, omnes esse vilissimas, & velut stercora, comparatione cælestium divitiarum, quibus, toto mundo contempto, omni inhiare debes affectu.

In Solem obtutum dirigens cogita, longè illo nitidiorem, & lucidiorem esse animam tuam, cum gratiam Creatoris tui habes in te; nigriorem vero, & fœdiorem tenebris, atque immunditiis omnibus, cum ea cares,

Corporales oculos ad Cælum elevans, quo operiris, spiritualibus animæ oculis superius ad Empireum usque conscende, illicque mentis aspectum figens, tanquam in locum, qui tibi (si in terris vitam vixeris innocentem) ob æternum fœlicissimumque habitaculum paratus est.

Volucrum, vel alterius audiens cantum, assurge mente ad dulcissimos Paradisi cantus, ubi continuum resonat Alleluja: Deumque roga, ut dignus efficiaris canendi perpetuò ad illius laudem unà cum spiritibus beatissimis, qui in Cælo sunt.

Tum advertens, te creaturæ pulchritudine pasci, conspice intellectu, & vide; nam infernalis sub ea serpens absconditur, qui totus intentus, & promptus est, vel ad te perimendum, vel saltem ad vulnere tibi infligenda. Ideò contra ipsum tali pacto assurgere poteris: *An maledicte serpens, quomodo callide paratus adstas ad me voran-*

*um?* Deinde ad DEUM conversus dices:  
*Benedictus sit Deus meus, qui hostem meum de-*  
*existi, & me à rapidis ejus faucibus liberasti.*

Ex delectatione postmodum illico ad  
 vulnera JESU Christi fuge, mentem in  
 eis occupans, meditantque, quanta Domi-  
 nus tuus passus sit in sanctissima carne sua,  
 ut te à peccato eriperet, utque carnis vo-  
 luptates, atque illecebras odibiles tibi red-  
 deret.

Alium rursus modum præbeo tibi ad  
 supradictam periculofam delectationem  
 fugiendam; estque, ut intimè penetres,  
 quale erit post tuam mortem illud obje-  
 ctum, quod tibi nunc aded placet.

Iter faciens, ut obliviscaris, quòd singu-  
 lis passibus, quos figis in terra, morti magis  
 appropinquas.

Volitantes videns aves per aërem, vel  
 fluentem etiam undam, statim reflecte,  
 quòd majori velocitate ad finem, suumque  
 interitum vita tua percurrit.

Cùm furibundi efflant venti, seu cùm  
 fulgurat, & tonat, terribilem extremi ju-  
 dicii diem considera, Deumque genufle-  
 xus cole, & precare; ut gratiam, & tem-  
 pus tibi concedat aptæ præparationis, qua  
 ante irati Numinis Majestatem possis tu-  
 tiori animo comparere.

In varietate eventuum, qui tibi possunt  
 contingere, hoc modo te exerceas fili; cùm  
 (exem-)

(exempli gratia) ab aliquo dolore, aut molestia opprimeris, vel calorem, frigus, aut quid aliud pateris, mentem erige ad aeternam Domini voluntatem, cui, propter futurum tuum commodum, & utilitatem, placuit, ut ea mensura, & tempore tale incommodum sentias. Quapropter totus tu lætus, & gaudens ob amorem, quem tibi Deus ostendit, atque etiam propter tibi præstitam opportunitatem eidem interveniendi, in quacunque re ipsi placeat, intra cor tuum dicas: *Ecce iam in me fit complementum voluntatis divina: qua amantissime ab aeterno disposuit, ut ego angustias in presenti sustineam; Benedictus semper sit Dominus Deus meus.*

Cum verò in mente tua quædam de re bona cogitatio creatur, protinus te ad Deum converte, & illam ab ipso, debita cum gratiarum actione, recognosce.

Legens, tibi videaris cernere Dominum sub iisdem verbis, quæ legis; ideoque illa audias, & habeas, tanquam ab ipsomet ore Domini proferentur.

Sanctissimam JESU Christi Crucem inspiciens, meditare, illam esse militiæ tuæ vexillum; quòd si aliquando deserueris, procul dubio in crudelium inimicorum tuorum manus incidet; si verò securus fueris, gloriosis onustus triumphis, & spoliis, ad Cælum pervenies.

Amabilem MARIE Virginis imaginem



nem videns, cor ad illam attolle, quæ regnat in Paradiso, eidemque repende gratias, quòd semper Domini obediverit voluntati, nec non quòd pepererit, lactaverit, & educaverit Redemptorem tuum, & totius mundi: tum quòd in nostro Spirituali Certamine favoribus, & auxilio semper adsit.

Sanctorum imagines repræsentent tibi tot Heroës magnanimos; qui, hostium suorum debellatione, viam aperuerunt, per quam tu quoque excurrens, immortalis gloriâ coronaberis.

Ecclesiam invisens, inter alia cogitare hoc etiam poteris: nempe animam nostram esse templum DEI; atque ideo, velut Divini Numinis habitaculum, puram, mundamque servandam esse.

Quotiescunque tria signa Angelicæ Salutationis audiveris, circa sequentes breves meditationes te exercebis: conformes etenim sunt sacris verbis, quæ cuilibet istarum oratiuncularum præmitti solent.

Ad primum signum: gratias perage Domino ob Nunciationem, quam è Cælo in terram misit, & salutis nostræ exordium fuit.

Ad secundum signum: gratulare cum MARIA Virgine de ipsius prærogativis, & donis, ad quæ ob præcipuam, & profundissimam humilitatem suam elevata est.

Ad.

Ad tertium signum : simul cum eadem Matre felicissima, atque Archangelo Gabriele Divinum Puerum nuperrimè conceptum adora.

Neque obliviscaris caput aliquantis per ad singula signa ob reverentiam inflectere, & aliquanto magis ad ultimum.

Istæ meditationes in tria signa distributæ, pro quibuscunque etiam temporibus inservire possunt.

Quæ verò subsequuntur, in vespertinas, matutinas, & meridianas dividantur : spectantque ad passionem Domini ; tenent enim recordari sæpe dolorum, quos ratione prædictæ passionis Domina nostra sacratissima passa est. Nam ingrati alioquin summopere essemus, si hoc, vel neglegeremus, vel prætermitteremus.

Vespere, in memoriam tuam refer angustias purissimæ Virginis MARIÆ ob sudorem sanguineum JESU Christi, ob ejus capturam in horto, & ob alios oculos dolores tota illa nocte ab ipso me Christo Domino toleratos

Manè, Virginis miserearis inter afflictiones morantis propter Filii sui unigeniti præsentationem Pilato, & Herodi, nec non propter latam mortis sententiam, Crucisque bajulationem.

Meridie, considera doloris gladium, qui cor dolentis Matris pertransit ob Crucifixionem,

fixione  
vuln  
ni late  
Hi  
Virgi  
vis,  
aliis  
com  
quan  
U  
quo  
gila  
non  
vina  
amp  
clari  
odio  
& oc  
Pe  
pra  
diss  
sem  
nur  
act  
tuar  
fiste  
con  
los  
opo  
S  
guu

fixionem, & mortem Filii sui, nec non ob  
vulnus crudelissimum, in ejusdem Domi-  
ni latere referatum.

Hiscæ contemplationibus dolorum B.  
Virginis vacare poteris à vespere diei Jo-  
vis, usque ad medietatem diei Sabbathi,  
aliis verò diebus aliis. Attamen hoc etiam  
committo pietati tuæ, nec non occasione  
quam res exteriores præstabunt tibi.

Ut autem breviter doceam te modum,  
quo sensus regere debes: in primis ita vi-  
gila, ut in rebus, & eventibus omnibus,  
non ab amore vel odio, sed à voluntate Di-  
vina movearis, atque traharis: illa tantum  
amplectens, quæ vult DEUS, ut ample-  
ctaris. illaque solùm etiam rejiciens, &  
odio habens, quæ DEUS vult, ut rejicias,  
& odio habeas.

Porro animadvertite fili, me non ideo  
prædictos modos moderandi sensus tradi-  
disse tibi, ut occuperis in illis; (fixam enim  
semper habere mentem debes in Domi-  
num, qui cupit, quòd per frequentes  
actus, hostium, & rebellium passionum  
tuarum victoriæ incumbas, tum per re-  
sistentiam, tum per productionem actuum  
contrariarum virtutum) sed idcirco me il-  
los tibi dedisse: ut scias, quid te agere  
oporteat, cum occasio adfuerit.

Sciendum tibi namque est, quòd exi-  
guus à nobis fructus percipitur, quando  
multa



multa sibi exercitia (quamvis in se optima sint) suscipere volumus; ut plurimum enim sub tot exercitiis involucria mentis nostræ, amor proprius, mobilitas, & dæmonis calliditas, atque laquei absconduntur.

## CAPUT XXIV.

*Modus moderandi linguam*

**M**agna moderatione, & freno indiget hominis lingua, quia unusquisque valde propensus est ad ejus usum, atque ad illarum rerum discursum, quibus sensus noster delectatur.

Multiloquium ferè semper originem ducit à superbia quadam, qua conceptus nostros magni facientes, per multas repetitiones eisdem in aliorum animis conamur imprimere, ut illorum præceptores videamur, quasi à nobis eos discere oporteret.

Paucis verbis exponi non possunt mala, quæ à multiloquio procedunt. Loquacitas acedia mater est: argumentum ignavia: atque stultitiæ: janua detractationum: mendaciorum ministra: & fervoris divini trepidas.

Verba multa passionibus malis vires addunt, è quibus postea ad tanto facilius in locutione immodesta perseverandum lingua nostra extimulatur.

Ne-

Ne te extendas, fili, prolixo sermone cum iis, qui ægrè te audiunt, ne molestiam illis afferas, neque diverso modo te geras cum illis, qui tibi benignè aures præbent, ne, sic faciendo, modestiæ confinia, & terminos excedas.

Cum efficacia, & alta voce ne loquaris unquam, quia utrumque valdè odibile est, imò præsumptionem indicat, & vanitatem.

De te, de tuis operibus, deque parentibus tuis non nisi ex necessitate verba facias, & quidem brevius, & parcius, quòd potes. Quòd si quandoque observas alios de se nimis loqui, conare semper, ut bene de illis opineris; ne ipsos tamen imiteris, etiamsi eorundem verba ad humilitatem propriam, & ad sui ipsorum accusationem pertendere videantur.

De proximo tuo, & de rebus ad eum spectantibus rariùs loquaris, quòd potes, nisi forsan sese objiceret occasio loquendi bene de illo.

De Deo libenter loquere, & præsertim de ejus amore, & bonitate, sed cum timore semper errandi etiam in isto; atque ideò contentus esto potiùs alteri differenti de hoc aures præstare, ejusdem verba omnitempore conferens in corde tuo. De cæteris quibuscunque vocalis tantùm sonus verborum ad tuas aures perveniat, mente  
sem-

semper in Deum immobiliter fixâ perseverante. Quòd si necesse est terrenum aliquem audire sermonem, ut illum intelligas, & ad eum respondeas, ne idcirco prætermittas mentem tuam quandoque intendere ad res cœlestes.

Quæ ad cor tuum dicenda accedunt, expendantur, priusquam ad linguam perveniant; advertens namque sapissimè, quòd optimum foret, si multa ex illis reticerentur. Quinimò te moneo, quòd longè melius etiam esset, si involverentur silentio non pauca ex illis, quæ proferre, bonum esse putaveris. Hoc autem evidenter conofces, si, transacta occasione colloquii, ad ea cogitationem tuam converteris, quæ tacuisti.

Silentium, fili mi, est magnum Spirituales nostri Certaminis robur, securaque victoriæ spes.

Silentium enim est familiare illis, qui de se diffidunt, & in Deum confidunt: est sanctæ orationis custos: & auxilium admirabile ad virtutum exercitationem.

Ut autem assuescas tacere, frequenter considera damna, & pericula multiloquii: & maxima, ex adverso, silentii bona. Tum virtutem hanc silentii dilige, atque, ut habitus illius coalescat in te, pro aliquo tempore tace in iis vel locis, in quibus loqui res mala non esset, dummodo tamen

istud

istud  
mentu  
Juva  
colloq  
nim  
Sanct  
Der  
minis  
agnos  
debeas  
& inau

Ut Chri  
debe

D  
omne  
cuper  
quòd  
re, pe  
debea  
De  
stari q  
pauci  
modo  
pter il  
comp  
dis in



istud, aut tibi, aut aliis non pariat detrimentum.

Juvabit ad hoc etiam, si fugerimus, à colloquiis familiaribus. Pro societate etenim hominum societatem Anglorum, Sanctorum, & ipsius Domini habebimus.

Denique, ne, quæso obliviscaris certaminis, quod à te perficiendum est. Nam agnoscens tu, quàm multum in hoc agere debeas, non difficulter à verbis superfluis & inanibus abstinebis.

## CAPUT XXV.

*Ut Christi miles bene contra suos hostes decertet, debet pro omnibus suis viribus cordis perturbationes, & molestias effugere.*

**D**ilcte fili, debemus quidem, si nonnunquam cordis pacem amisimus, omnes nostras vires impendere, ut eam recuperemus; sed, scias insuper, opus est, quòd nullus eventus in terris potest accidere, per quem pax interna auferri à nobis debeat, aut turbati. Quare

De peccatis nostris nos quidem contristari oportet, sed pacifico dolore, sicut non paucis in locis tibi superius ostendi Eodem modo cuilibet alteri peccatori (cùm propter illum tristamur ex charitatis affectu) compatiamur; licet enim intra nostri cordis intima cujusvis peccatoris crimina lu-  
gere

gere bonum sit, præter inquietudinem tamen animi nostri, hoc nobis faciendum est.

Reliquos autem graves, & periculosos eventus (quales sunt infirmitates, vulnera, consanguineorum mortes, pestes, bella, incendia, & hujusmodi mala) quamvis, ut plurimum, tanquam naturæ repugnantes ab hominibus repellantur, possumus nihilominus non solum velle; sed, divinâ juvante gratiâ, etiam diligere veluti charos, & sicut iusta scelestorum supplicia, virtutumque occasiones hominibus bonis. De illis enim magnopere sibi etiam complacet Dominus DEUS noster, cujus nos voluntati obtemperantes, per quasunque amaritudines, & adversitates præsentis vitæ animo quieto, atque tranquillo excurremus.

Certus igitur esto fili, quamlibet nostram inquietudinem displicere oculis Domini, quia, cujuscunque generis illa sit, nunquam sine imperfectione est; imò semper ab aliqua radice amoris proprii procedit.

Propterea vigilantem semper habeas aliquem intellectus actum ad tui custodiam, qui (statim ac observat aliquid, à quo inquietudinem, vel tristitiam pati possis) signum ostendat; ut subito arma ad defensionem tuam suscipias, considerando  
nempe

nempe. & pro certo habendo, mala illa, & multa alia similia (licet foris mala videantur) vera tamen mala non esse, neque per illa furripi nobis posse vera bona: sed à Deo ea tantum dirigi propter causas prædictas, vel propter alias à nobis non penetratas, rectissimas tamen, & absque ulla dubitatione sanctissimas.

Sic autem viventes, animo scilicet semper tranquillo, & imperturbato in quocunque eventu; multum boni possumus operari; ubi aliter faciendo, exercitium nostrum parum, aut nihil utile foret.

Præterquam quod, cum inquietum cor nostrum est, variis hostium incursionibus omni tempore manet expositum: neque rectam, & securam virtutis, & perfectionis viam valemus agnoscere, vel intueri.

Adversarius noster diabolus, qui summo opere ab hac pace abhorret (eò quod ista sit velut locus, in quo Dei spiritus habitat, ut in eo magna operetur) sæpè sub indumentis amicabilibus quærit illam à nobis furripere per varia desideria, & cupiditates, quæ extrinsecus aliquam boni speciem habeant. Quod talia verò desideria, seu cupiditates ex maligni nostri hostis dolo sint, vel maximè ex hoc dignosci potest: quia cordis nostri quietem, atque tranquillitatem à nobis rapiunt.

Idcirco, fili ut tantum damnum devi-



res, statim ac intellectus nostri actus ( & excubiarum fungitur munere ) aliquantovam cupiditatem, aut desiderium à longè detegit, illi cordis ingressum ne præbeas, nisi prius à quolibet amore proprio atque ab omni tua voluntate liber fueris & nisi ipsamet cupiditatem, & desiderium Deo obtuleris, cæcitatemque, & ignavian tuam apud eum confessus, ipsum toto corde rogaveris, ut tibi suo lumine ostendat an à te, vel ab infernali hoste talia proveniant. Confuge pariter, quò ad potes, in istis occasionibus ad iudicium Patris tui spiritualis.

Tametsi verò supradictæ cupiditates, & desideria à Deo essent, nihilominus antequam ea exequaris, & ad opus reducas fervidus tuus erga illa spiritus mortificetur; opus enim, quod ad mortificationem illam subsequeretur, Deo magis erit gratum, quàm si cum nostræ naturæ propensione, & aviditate factum fuisset; imò quandoque ea mortificatio Domino gratior erit quàm ipsum opus.

Itaque desideria, quæ bona non sunt, à se repellendo, & bonâ quæque ad effectum non reducendo, nisi prius naturales tuos motus represseris, in pace semper, & tutum cordis tui propugnaculum reservabitur.

Ut verò omninò pacificum semper con-

ser-

serves cor tuum, oportet illud etiam tueri, & custodire à quibusdam internis reprehensionibus, & stimulis, qui nonnunquam à diabolo oriuntur, quamvis (eò quòd te alicujus erroris accusent) à Deo esse videntur. A fructibus eorum optimè cognosces, qua ex parte proveniant.

Nam, si te humilem reddunt, atque in operibus bonis diligentem, neque à te confidentiam in Deum auferunt; tanquam à Deo cum gratiarum persolutione sunt admittendi, sed, si te confundunt, atque pusillanimum; diffidentem, pigrum, & in operatione bona tardum efficiunt; pro indubitato crede, quod ab adversario sunt; atque idèò illis aures ne præbeas, sed in exercitio tuo, absque ulla mora, progredere.

Et quia, præterquam à supradictis desiderijs, & cupiditatibus, nascitur ut plurimum etiam inquietudo in corde nostro à rerum contrariarum eventibus; ut ab istis te benè communitas, duo tibi hîc proponuntur facienda.

Primum est, ut investiges, & agnoscas, cuinam tales eventus opponantur, spiritui nè, vel amori proprio, tuæque propensione, & voluntati?

Si enim adversentur voluntati tuæ, & tui ipsius amori, qui est præcipuus, & inextinguibilis hostis tuus, non debes eventus

res, statim ac intellectus nostri actus (quasi excubiarum fungitur munere) aliquam novam cupiditatem, aut desiderium à longè detegit, illi cordis ingressum ne præbeas, nisi prius à quolibet amore proprio, atque ab omni tua voluntate liber fueris; & nisi ipsamet cupiditatem, & desiderium Deo obtuleris, cæcitatemque, & ignaviam tuam apud eum confessus, ipsum toto corde rogaveris, ut tibi suo lumine ostendat, an à te, vel ab infernali hoste talia proveniant. Confuge pariter, quò ad potes, in istis occasionibus ad iudicium Patris tui spiritualis.

Tametsi verò supradictæ cupiditates, & desideria à Deo essent, nihilominus antequam ea exequaris, & ad opus reducas, fervidus tuus erga illa spiritus mortificetur; opus enim, quod ad mortificationem illam subsequeretur, Deo magis erit gratum, quàm si cum nostræ naturæ propensione, & aviditate factum fuisset; imò quandoque ea mortificatio Domino gratior erit quàm ipsum opus.

Itaque desideria, quæ bona non sunt, à te repellendo, & bonâ quæque ad effectum non reducendo, nisi prius naturales tuos motus represseris, in pace semper, & tutum cordis tui propugnaculum reservabitur.

Ut verò omninò pacificum semper con-

ser-

S  
ferves cor  
& custo  
hensionis  
à diabolo  
alicujus  
antur. A  
ces, qua  
Nam  
operibus  
confiden  
à Deo cu  
admitten  
pusillan  
in operati  
indubitato  
atque ideò  
exercitio tu  
dere.

Et quia  
deris, &  
num etia  
rerum cor  
te bene co  
nuntur fac  
Primum  
cuinam te  
tui ne, ve  
sioni, & v  
Si enim  
ipsum am  
tinguibil



serves cor tuum, oportet illud etiam tueri, & custodire à quibusdam internis reprehensionibus, & stimulis, qui nonnunquam à diabolo oriuntur, quamvis (eò quòd te alicujus erroris accusent) à Deo esse videntur. A fructibus eorum optimè cognosces, qua ex parte proveniant.

Nam, si te humilem reddunt, atque in operibus bonis diligentem, neque à te confidentiam in Deum auferunt; tanquam à Deo cum gratiarum persolutione sunt admittendi, sed, si te confundunt, atque pusillanimum; diffidentem, pigrum, & in operatione bona tardum efficiunt; pro indubitato crede, quod ab adversario sunt; atque ideò illis aures ne præbeas, sed in exercitio tuo, absque ulla mora, progredere.

Et quia, præterquam à supradictis desideriis, & cupiditatibus, nascitur ut plurimum etiam inquietudo in corde nostro à rerum contrariarum eventibus; ut ab istis te benè communitas, duo tibi hinc proponuntur facienda.

Primum est, ut investigates, & agnoscas, cuinam tales eventus opponantur, spiritui ne, vel amori proprio, tuæque propensione, & voluntati?

Si enim adversentur voluntati tuæ, & tui ipsius amori, qui est præcipuus, & inextinguibilis hostis tuus, non debes eventus

illos contrarios dicere; sed pro magnis favoribus, aptisque Domini auxiliis reputare; quapropter læto etiam corde, & cum gratiarum actione accipiendi sint.

Si verò prædictos eventus spiritui cognoscas adversari, non idèò permittendum est, cordis pacem deficere, sicuti in sequenti Capitulo adverres.

Secundum quod tibi proponitur, est, ut mentem in Deum eleves, cæcisque oculis admittas, & probes, absque discussione vel minimâ, quidquid tibi à divina providentia immittitur; illud namque multa bona tibi pariet, quæ te tunc temporis lætent.

### CAPUT XXVI.

*De eo, quod à nobis agendum est, ubi ab hostibus fuimus vulnerati.*

**C**um vulneratum te conspicias, eò quòd in aliquem errorem lapsus sis ob fragilitatis tuæ causam, seu nonnunquam etiam ob malitiam tuam, ne idcirco pusillanimis, & inquietus fias, sed illico ad Deum conversus hisce illum dictis affare:

*Ecce Domine fui operatus ex illo prorsus, qui sum, nec à me quidquam aliud erat expectandum præter lapsus, & peccata.*

In hoc autem parum perinsistens sedulo cura, ut vilis in oculis tuis appareas: dole quam maximè de offensa Domini tui, &

*Da:*

indignatione, a  
& præse  
tuit illu  
Prog  
Non h  
sem, nisi  
ho mibi l  
Ista c  
dem De  
gere stu  
am; na  
ram tibi  
pecces  
Ultim  
bonitate  
Eac me  
am tuam  
mittas, na  
ut Majest  
Hoc a  
Deus tibi  
ferit, ill  
mentis su  
pois am  
illius bon  
pter totu  
tens, ex  
quam si la  
Quòd  
ratis ab h

indignare (sine tua tamen interna turba-  
tione, adversus malas proclivitates tuas,  
& præsertim adversus illam, quæ causa  
fuit illius lapsus.

Progredere deindè, & dic:

*Non hic tamen, Domine mi amantissime steti-  
sem, nisi ob maximam misericordiam tuam auxi-  
lio mihi labenti citò adfuisses.*

Ista considerans gratias postea reddas e-  
dem Deo, & magis, magisque ipsum dili-  
gere studeas, tantam admirans clementi-  
am; nam, etsi offensus à te fuerit, dexte-  
ram tibi nihilominus porrigit, ne rursus  
pecces.

Ultimò dic magna cum confidentia in  
bonitate divina:

*Fac mecum, Domine, secundum misericordi-  
am tuam: ignosce, quæso; mihi Deus, & ne per-  
mittas, ut ego sejunctus à te vivere valeam; vel  
ut Majestatem tuam deinceps offendere possim.*

Hoc autem peractio, ne scrutaris, an  
Deus tibi peccata dimiserit, vel non dimi-  
serit, istud enim nihil aliud est, quàm  
mentis superbia, animi perturbatio, tem-  
poris amissio, & fallacia dæmonis, qui sub  
illius boni imagine accedit ad te. Quapro-  
pter totum te Domini manibus commit-  
tens, exercitium tuum prosequere, tan-  
quam si lapsus non fuisses.

Quòd si quotidie sæpè laboris, & vulne-  
ratis ab hostibus, in hoc, quod tibi osten-



di, exerceas te, pari eademque cum fiducia bis, ter, & semper; tum magis magisque te contemnens, atque odio habens peccatum tuum, te in omnibus cautè geras.

Hoc exercitium valdè Satanz displicet; tum quia conjicit gratissimum hoc esse Dominum: tum etiam quia confusionem ab eo ipse meo patitur, cum se vinci ab illo cernat, quem priùs ipse devicerat. Atque ideo variis, atque fraudulentis modis operatur, ut istud exercitium intermittamus, & sapè obtinet, quod cupit, propter negligentiam nostram, exiguamque adeo vigilantiam, & curam nostram supra nos ipsos.

Quare, si difficultatem in hoc inveneris, ad majorem cum vi adversus te agere debes. iterum, atque iterum resumens istud exercitium, quamvis unus tantùm fuerit tuus error, & lapsus.

Quòd si post errorem te noveris turbatum, confusum, & diffidentem; quod tibi in primis agendum, filii, hoc est: pacem interiorem recuperare, cordisque tranquillitatem, nec non etiam confidentiam in Deum; istis verò instructus armis ad Deum te vertes; inquietudo enim, quæ reperitur in nobis propter peccatum, non habet pro objecto offensam Dei, sed damnum nostrum.

Mo-

Mod  
hic est  
cati obli  
fabilem  
mus na  
miseri  
catum  
bus re  
per mo  
ut app  
in hac  
riem, i  
tificatio  
Post  
siderari  
reddide  
que per  
docuit  
Tem  
fionis  
omnes  
lore,  
non fi  
non c  
D

Modus verò acquitendi amissam pacem hic est: ut, pro illo tempore, omninò peccati obliviscaris, & meditari incipias inefabilem Domini bonitatem; promptissimus namque est semper, & cupidus tam misericors Dominus ad quodcunq; peccatum, vel maximum, omnibus hominibus remittendum; quimò peccatorem per modos varios, diversasque vias vocat, ut appropinquet ad se, secumque uniat in hac vita per gratiam in sanctificationem, in alià verò vita per gloriam in beatificationem æternam.

Postquam autem his, vel similibus considerationibus pacificam mentem tuam reddideris; ad errorem tuum te verte, illaque perage, quæ in hujus Capituli exordio docuit.

Tempore postea Sacramentalis Confessionis (quam frequentem habere te hortor) omnes errores tuos percurrere novo cum dolore, & displicentiâ de offensa Dei, nec non firmo, constantique cum proposito non offendendi amplius Dominum Deum. Tandem sincerè, & in cordis simplicitate eos Patri tuo spirituali confitere.

## CAPUT XXVII.

*De ordine, quem servat diabolus in pugnando, & in decipiendo, non tantum illos, qui cupiunt se omnino virtuti tradere, veram eos etiam, qui jam in peccati servitute detinentur.*

**D**illecte fili, sciendum tibi est, quod diabolus ad aliud non incumbit, quam ad perniciem nostram; & quod eodem modo cum omnibus non decertat. Quare.

Ut aliquos ex ejusdem conflictibus tibi detegam, plures hominum status propono ante oculos tuos;

Quidam enim in peccatorum servitute reperiuntur absque ulla cogitatione se liberandi ab illis.

Quidam liberi esse vellent, sed nunquam operi manus admovent, ut liberentur.

Quidam putant se virtutis iter calcare, & ab illo semper magis distantes fiunt.

Quidam denique post non paucarum virtutum assecutionem majori cum ruina labuntur.

De his omnibus singillatim inferius tractandum est.



## C A P U T XXVIII.

*De certamine, atque fallaciis, quibus ulivis  
dæmon adversus illos, quos in peccatorum  
servitute devinctos tenet.*

**V**ellem benè scires, fili, aliud à diabolo  
non intendi (cùm aliquem in pecca-  
to detinet mancipatum) quàm magis, ma-  
gisque excæcare miserum peccatorem :  
imò quàm eundem à qualibet remove-  
re cogitatione, quæ ipsum in agnitionem pos-  
set inducere infelicissimæ vitæ suæ.

Neque hostis calidissimus deceptum  
peccatorem à cogitationibus, & ab infernis  
illustrationibus (quæ illum ad conversio-  
nem vocant) tantummodo retrahit per  
alias, oppositasque cogitationes, sed per  
occasiones paratas, aptasque in peccatum  
prius commissum rursus illum inducit, vel  
quandoque etiam in majora. Quibus den-  
sior & caliginosior peccatoris cæcitas  
facta, velocius deinde ex se ipso tendit in  
præcipitium, & in habitus peccatorum.  
Atque ita ex prima in alteram, & quidem  
majorem cæcitatem, & ex una in aliam  
semper foediorem culpam, velut per gy-  
rum, infelix ejus vita excurrit usque ad in-  
seritum; nisi DEUS per potentissimam  
gratiam suam illi succurrat.

Aptum huic rei remedium (quo ad nos  
pertinet) istud videtur, ut ille, qui in mi-  
ser-

ferrimo hoc statu invenitur, citò cogitationes atque inspirationes divinas (per quas à tenebris evocatur ad lucem) in se admittat; tum etiam ut clamet ex toto corde ad Creatorem suum, eique dicat: *Auxiliare citò mi Domine, auxiliare, nec me inter istas peccatorum caligines amplius relinquant.*

Hoc autem, vel simili modo frequenter iste clamabit, & vociferabitur.

Ubi verò potuerit, protinus ad Patrem suum spiritualem accedet, suppetias, atque consilium ab eo petens, ut se tueri valeat ab adversario suo.

Quòd si Patrem spiritualem adire non posset, celerrimè ad Crucifixum Jesum advolet, seque ad ejus pedes sacratissimos devolvat, facie in terram demissam: tum nonnunquam etiam ad Mariam Virginem Matrem nostram benignissimam, semper misericordiam flagitans, & auxilium.

Pro certo autem habeas fili, victoriam nostram in hac omnia consistere celeritate; ut è sequenti Capitulo melius percipies.

### CAPUT XXIX.

*De arte, atque fallaciis, quibus demon illaqueatos eos tenet, qui proprium malum agnoscentes, vellentes ab illo liberari, & quare effectu sepe careant: proposita nostra?*

**Q**Uicumque malam vitam cognoscunt, in qua sunt, & immutare illam cupiunt,

piunt, sequentibus armis, & insidiis à diabolo eorum adversario vinci solent.

*Postea, postea* hoc, vel illud faciam, dicitur unus ex his.

*Cras, cras*, (non aliter ac corvus crocitat) ait alter.

Volo prius circa rem istam decernere, meque à tali expedire negotio, & involucro, & deinde majori cum cordis pace totum me ipsum spiritui consecrate, asseris alius.

Sed laqueus iste est, in quem non pauci semper inciderunt, & incidunt quavis die. Prædicti autem laquei potissima causa est negligentia, & ignorantia nostra; nam in tanto animæ nostræ negotio, in quo ejusdem salus simul cum Dei honore periclitatur, arma statim non accipimus, & adhibemus, quæ assignantur infeitis, & potentissima sunt.

*Modò, modò* mihi hoc agendum est, quisque debet sibi dicere, & quare *postea*?

*Hodie, hodie*, & quare *Cras*? contra se urgeat istiusmodi negligens.

Tum sibi dicat: Dato etiam, quòd mihi concederetur illud *Postea*, & istud *Cras*, quomodo miser ego per veram salutis, & triumphii viam excurram, si vulnerari à meis hostibus, majoraque in mala semper labi tam parvi pendo?

Vides ergo, fili, quòd (ut fugere possis



ab hac fallacia, & ab alia in præcedenti  
Capitulo detecta, utque aduersarium tuum  
consternes) pro remedio unico maneat  
prompta, & parata diuinis illustrationi-  
bus, & vocationibus obedientia: Celeritas  
inquam in operationibus sola esse reme-  
dium potest, non verò multa proposita,  
quia istis sæpe homines capiuntur. Quare  
multi inter huiusmodi proposita varias ob-  
causas, sed ob tres præcipuè, decepti sunt.

Prima autem prædictarum causarum  
(de qua superius etiam locuti sumus) est:  
quia sæpè proponimus operari benè, ma-  
lumque devitare, & proposita nostra pro  
suo fundamento non habent diffidentiam  
de nobis ipsis, & confidentiam in DEUM;  
tum etiam, quia nostra magna superbia  
non permittit, ut videamus, & agnosca-  
mus, à quonam procedat hæc cæcitas, at-  
que illusio nostra.

Lumen, quo talis cæcitas dignoscitur, &  
auxilium, quo remedium ei præstatur, à  
misericordia Domini provenit, qui nos la-  
bi permittit, ut per lapsum à nostrâ confi-  
dentia nos revocet ad solam in eum confi-  
dentiam, & à superbia nostra ad humilem  
nostri ipsorum cognitionem.

Quare, si cupis, quòd proposita tua ef-  
ficacia sint, opus est, ut firma, atque con-  
stantia maneant in se ipsis. Tunc autem  
huiusmodi erunt, cum nihil confidentia

in te habebunt, cunctaque humiliter erunt in fiducia Domini radicata.

Secunda causa est, quia, cum aliquid proponimus, proposita nostra potius ad virtutis pulchritudinem respiciunt, (quæ ad se voluntatem nostram, quamvis aliquin pigram, & languidam circa bonum, trahit) quàm ad subeundas difficultates, quæ in virtute adipiscenda inveniuntur. Quapropter mirum postea non est, quod proposita nostra malè adeo fundata (talibus sese objicientibus difficultatibus) in nihilum resolvantur.

Idcirco assuesce fili, magis difficultates diligere, quæ in virtutum acquisitione reperuntur, quàm virtutes ipsas; hisque difficultatibus voluntatem tuam semper enutrias, modò parum, modò multum pro opportunitate, si verè virtutes desideras possidere.

Et scito, fili, eò citiùs, & majori cum gloria te hostes tuos superaturum, quò majori cum animi generositate difficultates prædictas fueris amplexatus, & quò eadem habueris chariores.

Tertia causa est, quia proposita virtutem, & voluntatem divinam quandoque non respiciunt, sed nostrum proprium bonum. Quæ res evenit ut plurimum in propositis illis, quæ fieri solent tempore deliciarum spiritualium, seu etiam tribulatio-

num valde nos affligentium. In istis enim levamen aliud non invenimus, quàm proponere, quòd DEO, virtutumque exercitationi omninò tradere nos velimus.

Dilecte fili, ne in hos errores incidas, tempore spiritualium delectationum esto cautus, & humilis in propositis tuis, præsertim verò in promissionibus, & votis. Cùm ab aliqua tribulatione affligeris, proposita tua tunc sint de eadem tribulatione patienter ferenda, diligendaque, cum refutatione cujuscunque levaminis terreni, imò nonnunquam etiam cœlestis, si ea fuerit voluntas, & placitum Domini nostri. Hinc unâ semper sit petitio, & desiderium tuum; ut tibi Deus auxilium immittat, quo adversa omnia, sine detrimento virtutis patientiæ, & absque ulla Divini Numinis displicentia, valeas sustinere.

### CAPUT XXX.

*De illorum errore, qui se velociter ad perfectionem pergere arbitrantur.*

**V**iduo jam hoste in prima, atque secunda aggressione, & fallacia superiùs denudata ad tertiam malignus, & calidissimus ipse accurrit; quæ tendit ad hoc, ut nos oblii inimicorum nostrorum (qui nobiscum actu decertant, damnaque incutiunt)



tiunt) in cupiditatibus , & propositis altio-  
rum graduum perfectionis detineamur.

Ex quo oritur , quòd nos perpetuò vul-  
neremur , & inflicta vulnera non curemus :  
tum quòd proposita nostra , non tanquam  
proposita , sed tanquam propositorum effe-  
ctus æstimantes . inaniter in superbiam  
offeramur.

Quare ne exiguam quidem rem , aut mi-  
nimum verbum tolerare volentes , tempus  
inde in prolixis meditationibus consumi-  
mus , in iisque proponimus , nos patienter  
ferre velle pœnas graves , & multoties illas  
etiam Purgatorii pto puro . & solo amore  
Domini nostri.

Quia verò inferior , & sensualis pars nul-  
lam in hoc experitur repugnantiam , ut  
evenire solet in re , quæ longè absit à nobis ,  
ideo suadere nobis audemus miseri , nos ex  
illis esse , qui verè graves angustias perfe-  
runt cum patientia.

Ut igitur , fili , errorem hunc possis effu-  
gere , propone quidem , sed simul etiam  
cum hostibus tuis actualiter semper dimi-  
ca ; ipsi enim prope . & acerrimè semper  
pugnant adversus te . Sic namque facien-  
do agnosces evidentissimè , utrum propo-  
sita tua sint vera , vel falsa . firma , vel infir-  
ma ; tum sic ad perfectionem per viam tu-  
rissimam , & veram absque dubio perges.

Adversus hostes tamen , qui molesti tibi

non sunt, suadere tibi certamen, bonum esse non duco, nisi forsan moraliter certus sis, te ab illis intra breve temporis spatium invadendum esse. Tunc etenim, ut paratus, & fortis ad certamen opportuno tempore inveniaris, opus est proposita elicere, & firmiora, quod potes, antequam pugnes.

Cave tamen, ne unquam tua proposita, tanquam effectus propositorum existimes, etiam si à multo tempore debitis modis te in virtutibus exercueris: sed in ipsis humilis esto semper; te ipsum time, & infirmitatem tuam; & in DEO confidens per frequentes preces ad ipsum accede, ut in robore obfirmeris, utque à periculis omnibus defendaris: sed præsertim ab omni confidentia, & præsumptione tui ipsius.

In hoc etenim casu (etsi tolli nequeant defectus, quos Dominus ad humilem nostram cognitionem, & ad boni alicujus munimen in nobis aliquando permittit) licet nobis proposita efficere de altiori gradu perfectionis.

### CAPUT XXXI.

*De insidiis, atque certamine, quibus diabolus utitur, ut a nobis deseratur via, qua ad virtutem perducit.*

**Q**uarta fallacia superius enumerata, qua nos insensissimus hostis noster

aggre-

aggreditur, dum videt, quod rectè pergitur ad virtutem, sunt variæ, & bonæ quædam cogitationes, quas in nobis excitat, ut à virtutum exercitatione præcipites in vitium prolabamur.

Quidam (exempli gratiâ) est ægrotus, & patienter tolerat infirmitatem suam: sagax hostis quid facit? Agnosceus, quod in illa infirmitate patientiæ habitus ab ægrotato acquiri possit, alia bona opera ei offert, quæ in alio statu facere posset; conatur, que omni studio illi suadere, quod, si esset in meliori statu, meliùs quoque posset Domino deservire, sibi aliis que afferendo utilitatem.

Ubi autem malignus hostis has cupiditates in infirmo suscitavit, eas magis, ac magis paulatim succendit, donec inquietum, & impatientem reddat ægrotum in ægitudine sua, & quidem sub hoc titulo quod propter ægitudinem illam nequeat ægrotus ea bona præstare, quæ alioquin posset, & cuperet.

Quò majores verò fiunt, & robustiores prædictæ cupiditates, magis unâ etiam crescit inquietudo: à qua deinde pessimus hostis sensim ægrotum deducit ad morbum suum impatienter tolerandum, non quatenus morbus ille est, sed quatenus impedimentum illorum operum, quæ anxie optabat exequi ob majus bonum.

Nec



Nec satis: Cùm adversarius noster in hac ægrotum impulit, eadem calliditate ab ejus mente finem illum surripit servitii Divini, & bonorum operum, eique solam cupiditatem relinquit sanitatis recuperandæ.

Quòd si postea juxta ejusdem ægroti desiderium, sanitas tam citò non subsequatur, adeo contristatur ægrotus, ut impatiens omninò fiat. Atque ita à virtute, quam exercebat, ad vitium virtuti illi contrarium, absque advertentia, pertransit.

Modus præcavendi, & se opponendi prædictæ fallaciæ hic est, ut quoties in aliqua afflictione reperis, bene advertas, ne in animum tuum cupiditatem admittas alicujus boni, quod tunc temporis non valeas ad effectum deducere, alioquin perturbaretis, & fieres inquietus.

Debes enim omnium cum humilitate, patientia, atque resignatione constanter credere, quòd desideria tua effectum illum non haberent, quem putas: cùm tu veors & instabilis magis sis, quàm te esse agnoscas.

Vel cogitare intra te debes, quòd DEUS ob recondita judicia sua, seu etiam ob tuadem merita bonum illud à te nolit, neque expectet; sed potiùs, ut patienter te tradas humilitati sub dulci, & potenti manu ejus. Itaque, fili, si à Patre tuo spiritali, vel ab

ab alia causa adeo impediaris, ut, pro voluntate tua, frequentare non possis devotiones tuas, & præsertim sacram Communionem, ne ideo tristeris, vel inquietus sis propter istarum rerum cupiditatem, sed omni tua exitus animi propensione indue JESU Christi placitum, te cum dicens:

*Nisi divina providentia oculus in me ingrati animi vitia defectusque cerneret, hodie sanctissimo Eucharistia Sacramento non privarer. Idcirco cum videam, per hoc meam mihi indignitatem, & errorem manifestari, semper DEO laus detur & benedictio in sacula sempiterna. Confido tamen, Domine mi, in bonitate tua, quia cupis, ut te perferendo, & tuum placitum faciendo, cor meum omnino deo veam voluntati tue dispositum: ut per ingressum tuum illud consoleres, & communitas adversus hostes, qui eripere à te ipsum meo querunt. Fiat igitur Domine totum id, quod in oculis tuis bonum est. Hanc solum à te gratiam peto, charè, & dulcis amor: ut anima mea emundata, & libera à qualibet re, qua tibi displicet, sanctis ornata virtutibus, parata semper inveniat ad tuum adventum, & ad quodcumque de me disponere tibi placeat.*

Si observaveris monita hæc, fili, pro certo habe, quod semper præsto tibi erit occasio satisfaciendi, & placendi Domino in quovis bono desiderio, quod exequi ex te non valeas. Sive enim tale desiderium à natura proveniat, sive à demone, ut te  
per

perturbet, & à virtutis itinere abducat; vel etiam si à DEO aliquando procedat, ut experiatur resignationem tuam voluntati suæ: semper tibi occasio esse poterit, quæ Domino tuo satisfacias eo modo, quo magis eidem arrideat. In istis autem vera devotio, & obsequium, quod à nobis Deus exigit, constitutam est.

Moneo te insuper, fili, ut in afflictionibus (à quacunque causa istæ oriantur) semper patienter te geras. Quinimò, si ad hoc obtinendum aliqua volueris adhibere media, licet ea feligeres, quibus præstantiores DEI servi usi sunt, illis nihilominus ita utaris, ut nunquam à prædictis tribulationibus liberari cupias: sed propter hoc solum iisdem utere: quia sic DEUS vult, eique placet, ut illis utaris. Ignoramus enim nos, num placet majestati Divinæ nos liberare per suscepta à nobis media, licet alioquin bonâ.

Si aliter autem feceris, certissimè in mala plurima præceps ibis. Facile enim ad impatientiam descendes, si res juxta tuum desiderium, & propensionem non succedant; vel saltem patientia tua, si illam conservares, cum aliquo defectu immiscebitur; atque ita omni ex parte grata DEO non esset: imò exigui foret meriti apud ipsum.

Tandem te moneo de occulta quadam fraude nostri proprii amoris, qui sæpissimè

vicia



vitia nostra tueri, & abscondere solet.

Sic (ut exemplum tibi afferam) cum quis ægrotus est, & parum patienter perferat ægrotudinem suam, velamine alicujus apparentis boni tegit impatientiam suam, dicitque, dolorem suum verè non esse impatientiam propter ægrotudinem opprimentem, sed rationabilem, justamque displicentiam, eò quòd ipse idem suæ ægrotudini dederit occasionem, quòdque ab aliis (ob servitutem, quam sibi præstant, vel ob similes causas) damnum sustineri debeat, atque molestia.

Hoc eodem prorsus modo se gerit ambitiosus, qui pro dignitate non obtenta tristatur; mœrorem namque, & tristitiam, qua aliquando afficitur, nunquam tribuit vanitati, & superbix suæ, sed semper aliis rebus, quas in aliis occasionibus gravioribus ab eo nihili pendere manifestissimum est.

Quæ omnia evidentissima signa sunt, radicem afflictionis, quæ reperitur in istis, ab alio non oriri, quàm ab odio, quod habent de rebus illis, quæ sui ipsorum voluntati adversantur.

Tu igitur, fili, ne in hosce, vel similes errores incidas, patienter semper quamlibet habe molestiam, & pœnam, à

quacunque causa illa procedat.

ut superius dixi.

## CAPUT XXXII.

*De quinta, seu ultima aggressionē, & fallacia,  
qua nos tentat diabolus, ut virtutes acquisita,  
occasiones exitii nobis sint.*

**C**Allidus, atque malignus serpens semper deceptionibus suis nos aggreditur etiam circa virtutes jam acquisitas, ut istæ in nostram perniciem commutentur. Quare nihil prætermittit, quo nos in complacentiam de rebus nostris inducat: ut propter illas in nobis ipsis elati, in vitium postmodum superbiæ, & inanis gloriæ corruamus.

Ut hoc periculum cavere possis, fili, omnitempore pugna, in aperto, tuoque campo profundæ, & veræ cognitionis tui ipsius perseverans, consideransque, quod nihil sis, nihil scias, nihil valeas, nihilque in te habeas, quàm defectus, & miserias; nec aliud quidquam, præter damnationem æternam, merearis.

Esto autem constans, & firmus inter huius veritatis terminos, fili, neque te unquam permittas, vel paululum distrahi ab ulla cogitatione, aut ab alia re, quæ tibi accidat, pro certo semper habens, ea omnia esse tot hostes tuos, à quibus (si in eorum manus incideris) vel omnino interficiaris, vel saltem lethaliter vulneraberis.

Ut verò ritè exercearis, & dimices in  
præ-

prædicto campo veræ cognitionis de te ip-  
so, & de nihilo tuo, hanc addo tibi regu-  
lam observandam.

Quoties ad tui ipsius, vel operum tuo-  
rum considerationem te recipere volueris,  
cogita semper illud solummodo, quod in  
iisdem operibus tuum est, non autem illud  
etiam, quod est à Domino, ejusque gratia.  
Qualem verò te esse repereris, & agno-  
veris, talem te crede.

Si consideraveris enim tempus, prius-  
quam creatus es, inventies, in æternitatis  
abyssu te nihil prorsus fuisse, nihil ibi te  
operatum esse: Imò nihil te operare po-  
tuisse, ut esse illud obtineres, quod modò  
habes.

Si verò præsens tempus putaveris, quo  
ob solam Dei benignitatem vita præsentis  
frueris, tum Domino deinde restitueris,  
quod ipse est, perpetuum nempe regi-  
men, quo te singulis momentis conservat:  
quid aliud cum tuo solùm remanes præter  
nihilum miserabile? Dubium etenim non  
est, quod ad primum tuum nihilum (à quo  
te Dei traxit omnipotentia) redires, si per  
unum tantum momentum eadem omni-  
potentia Domini te dereliqueret.

Patet igitur manifestissimè, quod in tuo  
esse naturali dummodo tuum solùm reti-  
neas) nihil superest, in quo gloriari possis,  
vel pro quo ceteri æstimare te debeant, &  
revereri.

Quò



Quò autem ad bonum gratiæ, virtutesque tibi concessas ad bene operandum, si natura tua divino denudetur auxilio, quid boni, & meritorii per se solam poteris operari?

Adde, quòd si ex alia parte consideraveris multos errores tuos præteritos, aliosque non paucos, in quos lapsus fuisses, nisi Dominus DEUS pia manu sua te protexisset) non difficulter agnosces, quòd iniquitates tuæ non solum propter longam temporum seriem, sed etiam propter malorum actuum, atque habituum multitudinem, ad magnum ita numerum ascendissent, ut brevi alter aternalis Lucifer dici posses.

Quare, nisi velis, quòd divinum est, tibi tribuere, Deique bonitatem furari, te omnibus quotidie pejorem debes dicere, & judicare.

Adverte tamen accuratè, ut iudicium, quòd de te promis, rectum sit, nam alioquin magnum tibi foret in detrimentum.

Quòd si in cognitione malitiæ tuæ aliquem tibi videaris superare, (qui propter cæcitatem suam se esse aliquid arbitretur) cogita nihilominus, quòd in voluntatis operibus es pejor illo, si ab hominibus honorari, & talis haberi, atque excipi velis, qualem optimè sciste non esse.

Si cupis ergo, ut vera sit cognitio malitiæ, & exiguitatis tuæ: tui per eam hostes

arce  
opus  
quovi  
gniffu  
dulce  
cies,  
vitup  
que  
effic  
Ilto  
ttum  
minit  
dum  
litate  
cultan  
tamqu  
quam  
nam o  
puran  
Qu  
aliis d  
præro  
no, fix  
perma  
seu cog  
unum  
Deum  
tuum  
Num  
us, ut h  
re, Tib

arceantur à te : gratusque reddaris Deo; opus est, ut nedum te contempnas, velut quovis bono indignum, omnique malo dignissimum; verùm etiam tibi gratum, & dulce sit, vili à cæteris æstimari; quod facies, si ab honoribus semper abhorrueris, vituperationibus lætatus fueris, quæsierisque (cùm occasio sese obtulerit) id omne efficere, quod reliqui homines spernunt.

Illorum enim hominum iudicium (ut tuum exercitium semper prosequaris) pro minimo, imò suspecto habere debes, dummodo tamen hoc fiat solùm ob humilitatem consequendam, non autem ob occultam animi tui præsumptionem, palliatamque superbiam, ratione cujus nonnunquam sub specie alicujus finis boni alienam opinionem parum, aut nihilum reputamus.

Quòd si quandoque contingat, te ab aliis diligi, & in æstimatione haberi, ob prærogativam aliquam donatam à Domino, fixus, & immutatus omninò in te ipso permanes, neque à prædicta veritate, seu cognitione unquam removearis (vel ad unum punctum indivisibile) sed prius ad Deum te convertas, & dicas intra cor tuum:

*Nunquam verum hoc sit Domine DEUS meus, ut honores, & gratias tuas mihi velim tribuere. Tibi laus, tibi honor, tibi gloria, mihi vero*

*confusio.* Tum ad laudantem conversus, intra te ipsum etiam hoc pacto discurre: *Undè est me ab hoc homine, bonum credi, cum revera solus Deus, & ejus opera bona sint?* Hæc faciens, reddensque Domino quidquid ipsius Domini est, hostes tuos non solum propelles, sed ad obtinenda dona, & gratias jam receptis majores dispones te.

Ubi verò bonorum operum reminiscencia in vanitatis, & præumptionis periculum te impellat, statim eadem opera non tanquam opera tua, sed tanquam Dei opera te respiciens, ac si cum prædictis operibus loquereris, dic intra animam tuam: *Quis vos fecit opera? quandone apparuistis in mente mea? equidem ego nescio! nam causa, & origo vestra ego nec sum, nec possum. Quanam ergo causa vos protulit? vos nutrit? vos conservavit? Ah nulla alia certè fuit, vel esse potuit, nisi Domini bonitas, & misericordia! Si igitur ita est, solum Deum ut verum principium vestrum recognoscere, ipsique soli gratias, & laudes retribuere volo.*

Quamvis autem hoc feceris, cogita nihilominus, omnia suprascripta opera bona non solum parum conformia lumini, gratiæque fuisse, quæ, ad ea cognoscenda, & efficienda, tibi liberalissimè à Domino donata sunt, sed aliundè etiam valdè imperfecta, multumque aberrantia à pura intentione, & fine, Deo tantum placendi.

nec



nec non à diligentia, atque fervore, cum quo fieri, atque associari debuissent.

Quare, etiamsi talia opera mente revolvas, de iisdem erubescas potius, quàm tibi inaniter complaceas; certissimum quippe est, gratias (quas à Domino puras, perfectasque accipimus) à nostris imperfectioribus deturpari, ut iisdem utimur, ut operemur.

Imò, si aliud optas medium, ut opera tua, in quantum sunt à te, parvi facias, ea cum illis compara, quæ Sancti, cæterique Dei servi fecerunt; per talem enim comparisonem, cælesti auxiliante lumine, agnosces, quòd majora, & meliora ex tuis operibus longè vilioris valoris, atque æstimationis sint, quàm minima eorundem.

Adde, quòd si tua opera bona cum illis comparaveris, quæ Christus operatus pro te est in vitæ suæ mysteriis, & tribulationibus; vel ea consideres, ut dignificata à personalitate divina, vel in se ipsis, absque divina personalitate dignificante, solumque cum affectus, & amoris puritate, quæ à Christo Domino facta sunt, evidentissimè deduces, omnia tua opera nihil majus esse in se, quàm nihilum.

Quin insuper, si postremò ad divinam, immensamque DEI majestatem elevaveris mentem, obsequiumque, & servitutem perpenderis, quam ipsa meretur, manife-

stè perspicies, quòd non vanitas, sed magnus honor, & timor deberet esse in te ob singula opera tua, licèt tibi undequaque bona viderentur. Propter quæ omnia huculque recensita, in quolibet opere tuo, vel etiam sanctissimo, dicendum tibi est ex puro corde: *Deus propitiu8 esto mihi peccatori.*

Te moneo quoque, fili, ut facilis non sis ad detegenda dona, quæ tibi misericorditer Dominus est impertitus; hoc enim ferè temper displicet DEO, sicuti ab ipso in appolita hïc doctrina manifestissimè nobis ostensum est.

Apparuit aliquando Dominus tanquam pura creatura in pueri specie piæ cuidam animæ, simplicique, & candido affectu ab hac requisitus, ut salutationem Angelicam recitaret, promptè ipse incepit: *Ave Maria, gratiã plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*: sed hïc Salutationem abruptit puer JESUS, nolens verbis immediate in ea sequentibus laudare se ipsum; rogatus verò enixè à prædicta anima, ut prosequeretur ulterius, ille discedens servam deseruit, etsi plenam consolatione: per hoc exemplum eam erudiens circa supra dictam doctrinam.

Disce ergò tu quoque, fili mi, te humiliare, quandoquidem ignorare non potes, te simul cum omnibus tuis operibus nihil esse.

Hæc

Hæc namque humiliatio, quarumcun-  
que virtutum est fundamentum. Ideo  
enim ex nihilo nos Deus creavit, nihilque  
nos esse voluit post creationem: quia cu-  
pit, ut supra cognitionem hujus nihili no-  
stri totam molem spiritualem ædificemus.  
Quare, quò profundius in nihilum no-  
strum descendemus, eò magis ascende-  
mus in ædificio nostro spirituali.

Hinc etiam juxta copiam miseriarum  
nostrarum, quas, adinstar effodientium  
terram, extrahemus à nobis, tot firmos in  
eundem locum jacet lapides Architectus  
divinus, ut spirituale ædificium magis  
crescat, magisque obfirmetur. Neque pu-  
tes unquam, fili, te posse aliquando adeò  
descendere, ut opus est, sed potiùs hanc  
de te semper habeas opinionem: quòd, si  
aliquid infinitum in creatis foret possibile,  
infinita etiam procul dubio esset nullitas,  
& miseria tua.

Si ritè supradictam nihili nostri cog-  
nitionem adhibuerimus, bona cuncta jam  
possidemus, sed, si eà caruerimus (licet  
omnium Sanctorum opera efficiamus,  
semperque in obsequio Domini detinea-  
mur) verè nihil omnino erimus.

O magnam, beatamque nihili nostri  
cognitionem, quæ nos felices in terra, &  
glorià coronatos in Cælo reddit! O lu-  
men splendidissimum, quo emergens è



rebebris puras, & lucidas efficit animas nostras! O geminam non cognitam, quæ, etsi inter miseras, & immunditias nostras inveniatur, nihilominus pretiosa refulget! O nihil! ô nihil! vera cujus cognitio nos constituit dominos universorum.

Concludo jam, fili mi, totoque ex animo dico tibi: Si cupis laudare Deum, accusata apud ipsum, & ab aliis accusari desideras; si vis Deum in te extollere, teque in illo, esto cum omnibus humilis, & sub omnibus pone te: si Dominum invenire peroptas, ne te attollas, alioquin fugiet à te: humilis ubique sis, nam ita Deus descendet ad te, teque amplexabitur: & educharius in amore te uniet secum, quo vilior in oculis tuis fies: quò profundior nihil tui cognitionem habebis: & quò magis idcirco tibi complacebis contemni, ac (veluti rem abominabilem) omnibus exosum esse.

Quòd si post tot considerationes, quæ infallibili veritate nituntur, nedum demonis calliditas, verùm etiam ignavia, & mala propensio nostra adhuc ita prævaleret in nobis, ut cogitationes de elatione, & superbia non quiescerent, sed quotidie turbarent nos, novique aliquid semper imprimerent in corde nostro; scito fili, tunc aptissimum esse tempus, ut tantò magis humiliemur in oculis nostris, quantò clarior.

rius per experientiam cognoscimus, nos parum in via spiritus, veræque cognitionis nostræ profecisse; liberos enim nos reddere non valemus ab hujuscemodi molestiis, quæ radices suas omninò trahunt à superbia nostra.

Hoc si rectè fecerimus, non solum mel à veneno sugemus, sed à vulneribus sanitatem.

### C A P U T XXXIII.

*De quibusdam monitis ad malas tentationes  
subjugandas, virtutesque novas  
adipiscendas.*

**D**ilecte Fili, quamvis hætenus plura dixerim de modo, quem servare debes; ut te possis vincere, & virtutibus exornare, supersunt nihilominus alia, de quibus te moneam, & hæc sunt:

Primò. Nunquam te trahi permittas (si verè cupis virtutes acquirere) ab exercitiis illis, quæ pro singulis diebus hebdomadæ, unum nempe pro una virtute, aliud pro alia, assignari, ut sic, solent.

Sed ordo pugnandi, tuumque exercitium semper sit contra passiones illas, quæ tibi semper damna intulerunt, frequenterque te adhuc impetunt iisdem damnis; tum ita dirigatur, quo ad fieri potest, ut re-

virtutibus illis exornes, quæ prædictis passionibus adversantur.

Ubi etiam virtutes hæc acquisieris, reliquas omnes facile, paucosque per actus quam primum adipisceris; eò vel maximè, quòd occasiones semper adsunt aptissimæ propter istud; virtutes namque omni tempore conjunctæ inter se sunt. Propterea, qui perfectè possidet unam ex istis, adstantes, paratasque ad cordis sui januam cæteras reperit.

Secundò. Ne tempus unquam ad virtutum adeptionem statuas, id est tot dies, tot hebdomadas, vel tot annos: sed semper, & ubique te gere, ac si tunc solum nasceris ad pugnam; tum tanquam miles novus decerta: quia hoc modo ad celsitudinem perfectionis earundem virtutum citissimè perges.

Neque per instans, vel minimum, consistas, fili; moram enim facere in virtutum via non solum non est animum, atque robu reci, ere, sed retrogredi, teque debiliorem, quam antea, fieri.

Pro consistere, intelligo ego, cum nos possidere veras virtutes credimus, & quandoque etiam parvi pendimus, tum occasiones, quæ ad novos actus nos evocant, tum errores, qui non adeò graves videntur.

Propterea esto sollicitus, fervens, & prudens.



dens, fili, neque amittas occasionem vel minimam acquirendæ virtutis.

Hinc occasiones omnes dilige, quæ viam ad virtutem pandunt, illasque vel magis, quæ sunt difficiliiores ad superandum; exactibus enim, qui pro expugnandis difficultatibus efficiuntur, citius, & si minoris radicis habitus efformantur. Quin insuper eos etiam ama, qui occasiones prædictas immittunt tibi; illas namque tantum fugere, & quidem velociter, debes, quæ te in aliquam carnis tentationem inducere queunt.

Tertio. Esto quoque prudens, & cautus in iis virtutibus, quæ damnum tuæ corporali sanitati afferre possunt, unâ hæc sunt: disciplinis, jejuniis, vigiliis, meditationibus, aliisque similibus asperitatibus corpus affligere; nam virtutes istæ paulatim, & per earum gradus (ut dicitur inferius) acquirendæ sunt.

In quibusdam tamen virtutibus omnino internis, quales sunt: amare Deum: terrena contemnerè: viles nos facere in oculis nostris: propensiones malas, atque peccatum odio habere: patientes, ac mansuetos nos ostendere: omnes (etiã si magnopere nos offenderint) diligere ex corde, & in cæteris huiusmodi lenè incedere, perque gradus ad earum perfectionem conscendere necesse non est; sed totas tuas vires de-

bes impendere, ut omnem earum adum  
perfectiorem efficias.

Quartò. Singulæ cogitationes, & desi-  
deria cordis tui aliud non respiciant, cupi-  
antque, quàm vitium illud (cum quo prin-  
cipaliter pugnas) subjugare, virtutemque  
illi contrariam adipisci. Hoc tuum tibi  
Cœlum sit: hoc terra tua: hoc omnis the-  
saurus tuus: hoc omnia, ut Domino om-  
niñò placere valeas.

Sive ergo manduces, sive jejunes, sive  
labores, sive quiescas, sive vigiles, sive dor-  
mias, sive domi sis, sive extra, sive devo-  
tionis operibus vaces, sive manualibus,  
omnia semper dirige ad supradictum tu-  
um vitium superandum, virtutemque ei  
oppositam consequendam.

Quintò. Perpetuus, & universalis esto  
hostis delectationis, quietisque terrenæ;  
sic enim non nisi infirma consurgent ad-  
versus te vitia tua, quæ cuncta pro sua ha-  
bent radice delectationem: atque ideo,  
tali radice per nostrî ipsorum odium recisâ,  
fortitudinem, viresque suas vitia amit-  
tunt.

Quòd si aliquo cum vitio, & peculiari  
delectatione dimicare ex una parte, & ex  
alia eodem tempore quibusdam terrenis  
delectationibus vacare volueris, (licet ta-  
les delectationes lethales non sint, sed le-  
ves culpæ) certamen tuum nihilominus  
durum.

durum erit; atque difficile: imò sanguinolentum, & valde incertum; atque idcirco rarissimum ex eo trophæum expectes: Quapropter ne unquam obliviscaris sententiam Domini nostri:

*Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Joan. 12.*

*Fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Ad Rom. 8.*

Sextò, atque postremò. Bonum tibi, imò necessarium foret, te prius ab omnibus maculis per generalem Confessionem expiare, ut possis tutus vivere, & moraliter saltem credere, quòd gratiam habeas Domini: à quo non solum dona omnia, sed singulæ tuæ victoriæ sunt expectandæ.

### CAPUT XXXIV.

*Quòd paulatim virtutes acquirende sunt, nempe per earundem gradus nos exercendo, atque uni prius, & postea alteri operam dando.*

**Q**UAMVIS verus Christi miles, qui ad perfectionis culmen anhelat, nullum profectui suo terminum imponere debeat, oportet nihilominus prudentiâ cohibeat



hibeat quosdam spiritus fervores ; cum enim, præsertim sub initium, nimio eos amplectamur affectu, brevi tepescunt, nosque incursum medietate sine viribus deferunt : Idcirco sciendum etiam tibi est, internas quoque virtutes paulatim, & per ipsarum gradus acquirendas esse. Sic namque, quod exiguum est, statim crescit in magnum, multoque tempore durat. Hinc in rebus adversis non semper nos ita exercere debemus, ut de iisdem gaudeamus, easque cupiamus, nisi prius per inferiores virtutis patientiæ gradus transferimus.

Itaque neque omnibus, neque multis simul virtutibus, præcipuo studio debes incumbere : sed pro aliquo tempore uni, pro aliquo alteri, & sic de reliquis ; ita namque firmiter, faciliusque in anima nostra producit habitus bonus ; per iteratum enim unius tantum virtutis exercitium ( in quolibet occasione, quæ adsit ) promptior semper ad illam excurrit memoria nostra : subtilior fit intellectus in novis mediis inveniendis ad eam obtinendam : & minori cum difficultate, quin etiam majori cum affectu inclinatur voluntas nostra, quam faceret, si in multis simul virtutibus occuparetur.

Præterquam quod actus circa unam solam virtutem eliciti propter conformitatem, quam habet inter se, per hanc uniformem

form  
& d  
sibi fi  
prop  
ling  
cord  
rian  
ducc  
Q  
quo  
redē  
que  
ita,  
crele  
etiam  
enim  
lumi  
De m  
mo  
D  
funt.  
delibe  
posito  
aspera  
Præ  
liarem

formem exercitationem, minùs laboriosi, & difficiles redduntur; unus enim alium sibi similem trahit, eique auxiliatur; imò propter istam similitudinem magis etiam singuli imprimuntur in nobis, cum sedem cordis expeditam jam, paratamque reperiant ad illos excipiendos, qui recenter producuntur.

Quæ rationes eò validius robur habent, quo certò agnoscitur, quòd, quicumque rectè una in virtute exercetur, modum quoque discat se exercendi in cæteris; atque ita, unius augmento, omnes simul etiam crescunt, propter inseparabilem conjunctionem, quam servant inter se; omnes enim virtutes radii sunt ab uno, eodemque lumine promanantes.

### C A P U T XXXV.

*De mediis, quibus obtinentur virtutes; & quomodo illis uti debeamus, ut pro aliquo tempore uni soli navemus operam.*

**D**ilecte fili, ut lucrum virtutum faciamus, præter ea, quæ superius dicta sunt, fortis, & strenuus requiritur animus, deliberataque, & firma voluntas, cum proposito insuper peragendi multa nobis aspera, & adversantia.

Præterea opus est, ut erga virtutes peculiarem propensionem, affectionem habeamus,

mus. Quæ omnia assequemur, si considerabimus, quàm grata, & accepta sint DEO virtutes, nec non quàm illustres, & præstantes in se sint, nobisque utiles, ac necessaria. Ex illis enim quæcunque nostra perfectio principium, & finem habet.

Fiant igitur mane, diebus singulis, proposita nos exercendi in illis juxta ea, quæ contingent, vel contingere poterunt per diem; quo nos sæpe debemus examen vocare, & quærere, utrùm prædicta proposita ad actum reducerimus, nec ne? Quod nobis dein quoque deserviet, ut denuò eadem proposita, quinimò alià primis validiora producamus. Totum hoc autem operabimur principaliter circa virtutem illam, quam eo tempore exercuerimus.

Sanctorum quoque exempla, nec non orationes, & meditationes vitæ atque passionis Christi Domini, in quolibet spiritali exercitio tam necessaria, ob virtutem illam itidem præcipuè applicentur, circa quam tunc observatum fuerit exercitium nostrum.

Idem pariter fiat de quibusvis aliis occasionibus (sicut peculiariter inferiùs ostendimus) etiamsi diversæ inter se fuerint.

Assuescamus quoque ita actibus bonis, tam internis, quàm externis, ut deinde eos possimus efficere promptè adeo, ac facile, sicut cæteros actus naturali nostro affe-

Qui



Qui conformes eliciebamus. Quò verò actus boni magis aduersabuntur malis (ut alibi dictum est) eò citiùs habitum bonum in nostram animam intromittent.

Sacræ Scripturæ sententiæ voce, vel mente convenienter expressæ admirabilem vim habent, ut auxilientur nobis in exercitio nostro. Quapropter multæ ex illis à nobis in promptu habendæ sunt circa virtutem, pro qua assequenda laboramus, ut eas per diem proferamus: & præsertim cum contraria passio insurget aduersus nos: exempli gratiâ, si ad patientiæ adeptionem incubuerimus, sequentes, seu similes dici poterunt:

*Filii, patienter sustinete iram, qua superuenit.*  
Bar. 4.

*Patientia pauperum non peribit in finem. Pl. 9.*  
*Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Prov. 16.*

*In patientia vestra possidebitis animas vestras.*  
Luc. 21.

*Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. Ad Heb. 12.*

Prædictis sacræ Scripturæ sententiis has quoque, vel consimiles oratiunculas addere, bonum erit:

*Quando, mi DEUS, cor meum patientiæ alypeo munietur?*

*Quando, ut Domino meo rem gratam faciam, tranquillo ego animo suscipiam quamlibet tribulationem?*

O vi-

O nimium dilecta poena, qua me similem reddunt Domino meo Iesu Christo pro me languenti!

Quando mihi concedetur, o vita anima mea, quando, ut pro tuo honore, & gloria contentus, & latus inter mille afflictiones, & angustias ego vivam?

Me felicem, si ita in medio ignis tribulationum arserit voluntas mea, ut majora semper cupiat sustinere.

Hiscæ ergo oratiunculis, aliisque utemur, quæ conformes nostro in virtutibus progressui videbuntur, præque magis à devoto & pio spiritu judicabuntur.

Jaculatoriæ oratiunculæ istæ vocantur, nam sunt veluti jacula, quæ jaciuntur in Cælum, & magna vi pollent, ut ad virtutem excitent, penetrentque usque ad cor Domini dummodo duobus associantur, id est: Vera cognitione de placito Domini nostri, ob nostrum vitutum exercitium, & firmo, ardentique desiderio obtinendi virtutes illas propter hunc solummodo finem) placendi Majestati Divinæ.

### CAPUT XXXVI.

Quod in virtutum exercitio cum sollicitudine continua progredi oporteat.

**I**Nter ea, quæ, præter adornata superius, magis utilia & necessaria sunt, ut virtu-

res consequamur, & ad finem nobis propositum in Spirituali hoc Certamine perveniamus, præcipua esse videtur Continuatio; semper namque debemus progredi, alioquin, si, vel aliquantisper solum negligentibus consistimus, per talem consistentiam illico retrogredimur.

Ratio autem hujus est, quia, cum nos cessamus à bonis actibus, sequitur necessario, ut (propter violentam propensionem sensualis appetitus nostri: aliarumque rerum causâ, à quibus intrinsecè movemur) procreentur in nobis inordinatæ passiones, quæ, vel destruunt, vel saltem imminuunt acquisite virtutes, præterquam quòd privamur multis gratiis, & donis, quæ in progressu à Domino accepissimus.

Quare iter spirituale à terreni viatoris itinere differt; nam, si in hoc aliquantulum immoretur viator, nihil amittit de via, quam jam transegit; sed in Spirituali itinere, si, vel tantisper, moram faciat, multum amittit.

Adde, quòd terreni viatoris defatigatio augetur propter continuum corporis motum; ubi in via Spirituali, quò major itineris pars excurritur, eò major etiam vis acquiritur, atque vigor.

Virtutis enim exercitatione pars inferior, quæ (ob repugnantiam suam) asperam, atque laboriosam reddebat viam, semper



semper evadit magis debilis: parsque superior, in qua virtus residet, magis magisque roboratur, & obfirmatur.

Quare, cum in bono progredimur, nihil difficultatis, & pœnæ (quæ in omnibus operibus invenitur) misui solet; tum secreta quædam jucunditas, quæ cum eadem difficultate, & pœna miscetur, major semper indies efficitur.

Hoc modo de virtute in virtutem immigrando, majori cum facultate, & delectatione tandem ad perfectionis apicem pervenimus; ubi deinde anima jam perfecta, absque ulla molestia operatur, imò cum consolatione, & lætitia: quia (victis jam, atque edomitis rebellibus passionibus) omnibus rebus creatis, sibi que ipsi superstans, feliciter intra cor Altissimi vitam ducit, ibique suaviter laborans, & operans requiescit.

### CAPUT XXXVII.

*Quòd fugienda non sint occasiones, quæ ad consequendas virtutes sese offerunt; eò vel maximè, quòd in virtutum exercitatione semper esse debeamus.*

**D**ilecte Fili, manifestè nimis tibi ostendi, quòd in itinere ad perfectionem tendente semper oporteat progredi absque mora.

Hoc ut faciamus, cauti debemus esse, & vigilēs.

vigiles, ne occasio aliqua è manibus nostris effugiat, quæ ad virtutes assequendas prodesse potest. Propterea malè hoc illi percipiunt, qui, pro omni sua potentia, abesse quærunt, cum possunt, à rebus contrariis, quæ ad effectum hunc inservirent.

Quid cupis (ne à consuetudo nostro discendam exemplo) patientiæ habitum obtinere? Bonum non est, quòd te subtrahas ab hominibus, vel ab actionibus, & cogitationibus illis, quæ ad impatientiam te laceffunt.

Quare neque conversationes quasdam debes evitare, eò quòd molestæ tibi sint; sed frèquenter communicare, & loqui cum omnibus, etiam tibi gravibus ad ferendum; quinimò semper dispositam & promptam voluntatem habere debes ad quamcunque rem tolerandam, licèt intempestivam, & molestam, quæ accidere possit; aliter quippe faciendo nunquam patientiæ affuefceres.

Ita similiter, cum aliquam operationem fastidis, vel propter ipsam in se, vel propter illum, à quo facienda imponitur: seu etiam, quia te advertat ab alia re, quæ tibi magis placeat; ne idcirco intermittas operationem illam, quamvis inquietus in ea videaris; & putes, te posse benè quiescere, si eam negligas; nunquam enim hoc modo discas pati; nec tua quies vera erit,

cūca.

cùm ab animo passionibus expurgato, virtutibusque exornato non oriatur.

Idem tibi dico, fili, de molestis cogitationibus, quæ turbant nonnunquam, & torquent mentem tuam; illæ namque eji-  
ciendæ omninò à te non sunt, quia per do-  
lorem, & tormenta, quibus te cruciant,  
operantur simul, ut aduersa sustinere as-  
suescias.

Qui verò tecum aliter loquitur, potius  
ad angores, quos pateris, fugiendos te do-  
cet, quàm ad virtutes consequendas, quas  
cupis.

Verum quidem est, quòd tyro in hac  
spirituali militia dexteritate, exercitio, &  
auxilio indiget in prædictis occasionibus:  
ut cautè, modò ad frontem molestiarum  
se sistat, modò eas fugiat juxta parum,  
aut nihilum virtutis, & roboris, quod ac-  
quirat.

Nullus tamen ita debet terga vertere, &  
se abdere, ut ab omni contrarietatis occa-  
sione avertat; quoniam, etiamsi pro illo  
tempore lapsus non subjaceret, pro tempo-  
re futuro nihilominus majori discrimini  
foret expositus, & validioribus impatien-  
tiæ ictibus; cùm se non obarmaverit, for-  
temque reddiderit per virtutum opposita-  
rum exercitium.

Sed hæc monita locum non habent in  
vicio carnis, de quo jam diversimodè tra-  
ctatum est.

CA.

Quòd gra-  
omnes d-  
nem

NO

oc-  
tum con-  
sed cupi-  
quæras,  
semper  
statim a-  
tiores ex-  
tuæ vol-  
plicent.

Hoc a-  
bis, si du-  
Prime

portion-  
virtutes  
virtutes  
tales pe-  
nind ell-  
diceres,  
tiantiam  
absque  
illusioni

Hoc  
dici pote-  
eos acqu-



## CAPUT XXXVIII.

*Quòd grata, & chara nobis esse debeant occasiones omnes decertandi propter virtutum consecutionem: & illarum vel maxime, quæ majores secum afferunt difficultates.*

**N**ON sum contentus, fili, quòd solùm occasiones non devites, quæ ob virtutum consecutionem contra te insurgunt: sed cupio insuper, ut quandoque eas etiam quæras, tanquam res magni momenti: semperque læto animo easdem acceptes, statim ac sese objectant; tum etiam, ut gratiores ex iisdem eas habeas, quæ sensuali tuæ voluntati magis adversantur, ac displicent.

Hoc autem (DEO auxiliante) obtinebis, si duo mente retinueris.

Primo. Quòd prædictæ occasiones proportionata, imò necessaria media sint ad virtutes assequendas; quapropter, cum virtutes petis à Domino, implicite etiam tales petis occasiones, alioquin inanis omnino esset petitio tua, tibi que ipsi contradiceres, & DEUM tentares. Ille enim patientiam, ut plurimum, donare non solet absque tribulationibus, sicut nec absque illusionibus humilitatem.

Hoc verò de reliquis quoque virtutibus dici potest, quæ etiam per eventus oppositos acquiruntur: qui eò majus auxilium

nobis conferunt propter hunc eundem effectum: atque ideo nobis gratiores, & chariores debent esse, quò in se laboriosiores sunt. Actus enim, quos in hujuscemodi occasionibus elicimus, magis heroici sunt, ac fortes, & facilius, citiusque viam nobis referant ad virtutem.

Æstimari autem à te debent, imò absque exercitio suo deferendæ non sunt etiam minoris momenti occasiones: exempli gratiâ, aspectus, vel verba quædam contra voluntatem nostram prolata; actus enim, qui de his fiunt, frequentiores sunt, quamvis minùs intensi illis, qui majores inter difficultates producuntur.

Secundò. Hoc idem (de quo superiùs dictum est) obtinebis, si mente revolves id, quod supra etiam tetigi, omnia nimirum, quæ nobis accidunt, propter beneficium nostrum accidere: ut nos scilicet fructum ab iis percipiamus.

Et licet de aliquibus ex istis, ut defectus nostri, aliaque (de quibus superiùs locuti sumus) dici nequeat, quòd sint à DEO, quia DEUS peccatum velle non potest; à Deo nihilominus etiam hæc sunt, quatenus ab eo permittuntur, & non impediuntur, ut fieri per ipsum posset. Afflictiones tamen omnes, & pœnæ, quæ nobis intermittuntur, vel propter errores nostros, vel propter aliorum malignitatem, & à DEO,

&amp;

& DE  
id, quò  
mitatem  
oculi ab  
tutis b  
mus, i  
tas nob  
Prog  
volunt  
quamli  
pianus  
stis op  
(ut sol  
patien  
factas  
est, qu  
tegere  
ficere:  
DEO  
Qu  
bus u  
dilig  
quæ  
(præ  
benefi  
tas, ve  
niente  
istis,  
tum et  
do, c  
reddi

& DEI sunt, nam in istis ipse concurret: & id, quod nollet fieri propter operis deformitatem, à qua summopere purissimi eius oculi abhorrent, vult nos pati ob illud virtutis bonum, quod inde recipere possumus, nec non etiam ob alias causas ignotas nobis.

Propterea, cum certissimi simus, DEI voluntatem, & beneplacitum esse: ut quamlibet tribulationem libenter suscipiamus, sive ab alienis, sive à nostris injustis operationibus proveniat: ut dicimus (ut solent multi ad suam excusandam impatientiam) quòd DEUS nolit res malè factas, imò eas odio habeat; nihil aliud est, quàm inani prætextu culpam nostram tegere, Crucemque, & tribulationem rejicere: cum alioquin affirmare teneamur, DEO placere, ut talia tolerentur à nobis.

Quinimo addo insuper, quòd, omnibus unà comparatis, Deus plus in nobis diligit patientiam circa illas tribulationes, quæ ab hominum iniquitate derivantur (præsertim, si tales homines donis, atque beneficiis à nobis affecti sint) quàm cæteras, vel etiam à gravibus eventibus provenientes; tum quia in illis, magis quàm in istis, superba natura nostra reprimitur; tum etiam quia nos, illas libenter sustinendo, contentum, atque exaltatum Deum reddimus, dum simul cum ipso coopera-

mur.



mur in re, in qua refulget quàm maximè ineffabilis ejus bonitas, & omnipotentia; quod nihil aliud omnino est, quàm ex veneno peccati, & malitiæ pretiosum, atque delicatum fructum trahere virtutis & boni.

Scito idcirco, fili, quòd, ubi Deus in-  
tuetur in nobis vivum desiderium verè  
proficiendi, & sedulò ad tam honorifi-  
cam virtutum acquisitionem incumbendi.  
statim nobis calicem præparat tentatio-  
num prioribus validiorum, & occasionum  
amariorem, quæ invenire possunt, ut eam  
tempore à se designato bibamus. Quare  
nos tanquam grati erga ejus amorem, no-  
strique met boni solertes debemus, velatis  
oculis, cum jucunditate eundem accepta-  
re, totumque usque ad ultimam guttam  
cum animi securitate, & promptitudine  
potare. Est etenim medicamentum com-  
positum à manu, quæ errare non potest.  
confectumque ex ingredientibus tantò  
utilioribus animæ, quanto sunt in se ipsis  
amariora.

### CAPUT XXXIX.

*Quomodo diversis occasionibus uti possimus ob  
unius, ejusdemque virtutis exercitium.*

**D**ilecti. Fili, vidimus superiùs, fructuò-  
sius esse exercitium solius virtutis pro  
aliquo

aliquo tempore, quàm multarum simul: quòdque secundùm illam moderari debeamus occasiones, quæ contingunt, quamvis diversæ inter se viderentur; attende modò, quo pacto hoc facilè possis exequi.

Continget, exempli gratiã, eadem die, de actione aliqua licèt bona, nos reprehendi: de nobis obmurmurari: optatam gratiam denegari: seu quid aliud nobis non concedi: non paucos malè de nobis, absque causa vel minima, suspicari: corporali aliquo dolore nos angere: laboriosum negotium nobis committi: obsonium non bene conditum apponi: seu alias res majoris momenti accidere, atque ad tolerandum duriores, quibus omnibus misera vita nostra superabundat: in istorum, & similiarum eventuum varietate, etsi diversi virtutum actus elici possint, nihilominus præmonstratam regulam observare cupientes exercebimus nos per actus omninò conformes virtuti, quam tunc temporis præ animo habuerimus; exempli gratiã:

Si tempore prædictarum occasionum exercitium nostrum fuerit circa patientiam: eliciemus actus, quibus nos excitemus ad tolerantiam, animique hilaritatem in prædictis eventibus ostendendam.

Si circa humilitatem fuerit: in quibus-

G

cunque

cunque illis oppositionibus dignos nos  
malis omnibus reputabimus.

Si circa obedientiam: prompto, & hila-  
ri animo Domini dexteræ nos subijcimus,  
& ob ejus placitum (quippe quòd sic ipse  
vult) nedum creaturis rationalibus, verum  
etiam inanimatis, à quibus afflictiones il-  
læ originem ducunt.

Si circa paupertatem; qualibet parva,  
aut magna terræ consolatione cupiamus  
privari.

Si circa charitatem; amoris actus efficie-  
mus, & erga proximum, tanquam erga in-  
strumentum boni, quod consequi possumus,  
& erga DEUM, tanquam erga præ-  
cipuam, atque amantissimam causam, à  
qua procedunt, & permittuntur incom-  
moda ista propter exercitationem, atque  
spiritualem utilitatem nostram.

Ex hoc autem, quod dicimus circa even-  
tus diversos (qui accidere quotidie pos-  
sunt) deducitur quoque, quo pacto in  
unica occasione, seu ægritudinis, seu alte-  
rius tribulationis multum durantis, possi-  
mus semper actus producere illius vir-  
tutis, circa quam tunc temporis  
exercitium nostrum  
versatur.





## CAPUT XL.

*De tempore, quod in unius virtutis exercitio insumendum est, & de signis, à quibus cognoscere possimus nostrum in spiritualibus progressum.*

**D**ilecte Fili, tempus, quod in uniuscujusque virtutis exercitio immorari debemus, statuendum à me non est. Hoc enim decernendum est juxta cujusvis statum, atque indigentiam: juxta profectum, qui fit in via spirituali: nec non etiam juxta judicium illius, qui per eandem viam nos ducit.

Attamen, si prædictis modis, atque cum solertia, verè, & ex corde incumberemus, procul dubio, intra non multas hebdomadas, quàm inaximè proficeremus.

Signum autem evidens, nos in virtutibus profecisse, hoc est: cum in ariditate: in animi tenebris: in angustiis: atque in spiritualium consolationum subtractione constanter, & firmiter in nostris virtutum exercitiis perseveramus.

De hoc manifestum quoque præstabit indicium confictus, quem à sensuali voluntate patiemur in virtutis actibus eliciendis: quantum enim de robore, & viribus sensuali deficiis voluntati, tantum quoque putandum est, nos in virtutibus profecisse. Quare, si nullam contradic-

nam, & rebellionem in parte sensuali (præsertim cum ex improviseo invadimur) sentimus, manifestum hoc erit indicium, nos perfectè virtutem consecutos fuisse.

Ex quo actus nostri, majori cum animi læticia, & promptitudine conjuncti fuerint, eò magis etiam asserere poterimus, in virtutum exercitio nos profecisse.

Cavendum hoc tamen est: quòd nunquam certò debemus credere, nos possidere virtutem, victoresque omninò esse aliquis nostræ passionis, etiã si à multo tempore, & post multas pugnas, ejusdem passionis motus, & stimulos non sentiamus. In hoc namque etiam potuit calliditas, atque operatio dæmonis locum habere, nec non natura nostra deceptionibus, & erroribus valdè obnoxia. Propterea vitium multoties illud est, quod, ratione nostræ occultæ superbix, virtus putatur. Præterquam quòd, si ad perfectionem respererimus, ad quam nos Deus vocat (quamvis multum in virtutis via profecissemus) nunquam tamen imaginari nobis debemus, vel in prima veræ perfectionis confinia ingressos esse.

Idcirco, fili, tu, velut bellator novus, & sicut tyro, nunc tamen ad certamen expositus, exercitia tua semper resume (sicut ab initio solebas) quasi nihil antea operatus fuisses.

Mo-

Mon  
virtutib  
um inve  
rus cor  
lis prof  
bus sul  
perbia  
ram: t  
aliis pe  
occafio  
ceancu  
Qua  
gressu  
æcipie  
enim p  
placue  
cogno

Quod  
stis,

C  
sustin  
tui pr  
rari d  
præci  
Un

Moneo autem te, ut potius quæras in virtutibus progredi, quàm progressum tuum investigare: quia Deus, solus, & verus cordium scrutator est: & aliquibus talis profectus agnitionem largitur, aliquibus subtrahit, juxta humilitatem, vel superbiam, quam prævidet in eis subsequituram: tanquam Pater enim amantissimus aliis periculum remover, ne labantur, aliis occasionem præstat, ut in virtutibus exerceantur, & in ipsis excrescant.

Quare, licet anima nostra ignoret progressum suum, nihilominus, quæ jam incœpit, alacriter prosequi debet; talem enim profectum agnoscer, cum Domino placuerit, ut illum propter bonum suum cognoscat.

## CAPUT XLI.

*Quod cupere non debemus exemptionem à molestiis, quas patienter perferimus; & de modo nostras gubernandi passiones, ut nobis prodesse possint.*

**C**UM aliqua in re, vel etiam acerbissima reperiris, eamque patienti animo sustines, cave ne ob dæmonis, vel amoris tui proprii persuasionem à prædicta re liberari desideres; duo enim damna inde tibi præcipuè provenirent.

Unum ex istis est, quòd, licet per talem cupi-



cupiditatem pro eo tempore patientiæ bonam non auferretur à te, paulatim nihilominus ad impatientiam disponderis.

Aliud verò ex iisdem est, quòd imperfecta tua redderetur patientia, & solùm pro illo temporis intervallo compensaretur, quo patereris; ubi è contra, nisi à re illa optasses liberari, sed te omninò in manus Domini tradidisses (etsi revera pro una tantùm hora passus esses, imò ad minus etiam tempus) breve illud spatium Domini tanquam multorum annorum obsequium, & servitutem recognovisset.

Propterea, tam in hoc, quàm in reliquis, pro universali istud habeas documento: ut desideria tua à quocunque alio objecto ita distent, ut semper purè, & simplicissimè respiciant verum, atque unicum suum scopum, qui est Dei voluntas. Hoc modo enim prædicta desideria iusta, & recta erunt; tuque, in quocunque erunt adverso, non tantùm quietus, sed & contentus vives. Nam, cum nihil absque suprema voluntate Domini possit accedere, tu in omnibus illam quærens, totum id simul etiam habebis, quod cupis, quodque omni tempore contingit.

Istud autem, quod neque de aliorum peccatis, neque de tuis intelligendum est (eò quia Deus peccata non vult) locum habet in quolibet malo poenæ, quod, vel

à sup  
derer  
inertio  
cordis  
vitæ  
illa C  
sibi co  
cis (u

Qu  
in occ  
intelli  
afflic  
placet  
jam a  
remu

Qu  
divinu  
quæ n  
iisdem  
eique  
& pr  
amen  
rati c  
& mag  
tum D

De m

CU  
d

à supradictis peccatis, vel aliundè procederet, quamvis pœna violenta adeò esset, interioraque ita viscera penetraret, ut, ad cordis profundum pertingens, naturalis vitæ radices aridas redderet; hæc etenim illa Crux est, per quam Deus nonnunquam sibi complacet gratias, atque favores amicis suis charioribus communicare.

Quod autem dico de tolerantia, quam in occasione quacunque debes ostendere, intellige quoad partem illam cujuslibet afflictionis, quæ in nobis remanet. Deoque placet, ut perferatur à nobis: cum licita jam adhibuerimus media, ut ab ea liberemur, nec fuerimus liberati.

Quæ media dirigenda pariter sunt juxta divinum beneplacitum, ac voluntatem, quæ nobis talia media concessit ad hoc, ut iisdem utamur, solùm, quia sic Deus vult, eique sic placet non autem juxta affectum, & propensionem nostram: nec eò quòd amemus, & optemus à rebus molestis liberari cupiditate ardentiori, quàm oporteat: & magis, quàm servitium, & beneplacitum Dei requirere videatur:

## CAPUT XLII.

*De modo vim inferendi demoni, cùm quis decipere nos, per indiscretionem.*

**C**UM sagax noster hostis advertit, validis, ordinatisque desideriis nos dirigit

De per virtutis viam incedere (qua de cau-  
 sa in suam voluntatem nos non valet indu-  
 cere per manifestas fallacias) in lucis An-  
 gelum immutatur, & familiaribus cogi-  
 tationibus, sacrae Scripturae sententiis, San-  
 ctorumque exemplis nos semper sollicitat,  
 ut imprudenter in perfectionis culmine ex-  
 curramus, hocque non alio fine operatur,  
 quam, ut nos ad ima trudere possit; idcir-  
 co enim impellit nos ad corporis castiga-  
 tionem per disciplinas, abstinencias, cili-  
 cia, & huiusmodi afflictationes, mortifica-  
 tionesque, ut vel ad instar quarundam mu-  
 lierum superbiamus; (eò quòd magna  
 operari videamur,) vel, ut aliqua superven-  
 iente aegritudine impotentes ad præstan-  
 da bona opera reddamur; vel etiam, ut ob-  
 nimium laborem, & pœnam fastidiamus,  
 & odio habeamus exercitia spiritualia; at-  
 que ita sensim tepidi in bono effecti, ma-  
 jori cum aviditate, quàm antea, ad terre-  
 nas revertamur delectationes. Quod mul-  
 tis evenit, qui, cum præsumptione spiri-  
 tus, imperium sequentes imprudentis zeli,  
 ubi jam excessere mensuram virtutis pro-  
 priæ per immoderatas mortificationes ex-  
 teriores, intra sua ipsa inventa disperierunt,  
 atque in hostium infernalium irisionem  
 inciderunt. Quod certè illis non evenis-  
 set, si dicta hucusque benè considerassent,  
 & quòd hoc genus pœnarum, seu actuum.

extru-  
 fructu  
 vires v  
 tas cor  
 cum p  
 debeat  
 natur  
 Illi  
 Sancti  
 alia o  
 tam in  
 cacia  
 helan  
 nium  
 semet  
 litudin  
 milita  
 malum  
 cuilibet  
 cunq  
 qua o  
 citia  
 tibi,  
 (ut de  
 eis po  
 inter  
 tamen  
 non e  
 tur: s  
 ti natu  
 rate p



exercitiantium (quamvis laudabile sit, & fructum illis afferat, in quibus corporales vires validæ sunt, nec non spiritus humilitas correspondens) magna nihilominus cum prudentia, & moderamine adhiberi debeat juxta peculiare qualitates, atque naturam cujuscunque.

Illis autem, qui in hac vitæ asperitate Sanctos æmulati, vel imitari non possunt, aliæ occasiones non desunt, ut eorum vitam imitentur: per multa scilicet, & efficaciam desideria, ferventesque orationes anhelando ad coronas insigniorum certaminum pro Christo JESU: res terrenas, & semetipsos contemnendo: silentio, & solitudini se dedendo: mansuetudinem, humilitatemque cum omnibus exercendo: malum sustinendo: bonumque reddendo cuilibet sibi adversanti: & se demum à quacunque culpa vel minimis custodiendo; quæ omnia gratiora Deo sunt, quam exercitia corporis assidua, in quibus consulo tibi, ut potius moderatè, & parcè te geras (ut deinde urgenti in necessitate aliquid eis possis addere) quàm, ut pericliteris ea intermittere ob prædictos excessus; puto tamen, te in multorum errorem lapsurum non esse, qui quidem spirituales æstimantur: sed allesti, atque decepti à blandienti natura, diligentes nimium sunt in sanitate propria conservanda; qua de causa

tam zelotes, & anxios de ea sese ostendunt,  
 ut, cujuscunque rei vel exiguæ causâ, il-  
 lam amittere inspicentur, & pertimescant.  
 Neque aliud invenitur, de quo magis co-  
 gitent, & libentiùs loquantur, quàm de  
 propriæ vitæ regimine quoad corporalia.  
 Hinc solliciti semper sunt, ut cibos suo po-  
 tiùs gustui conformes habeant, quàm sto-  
 macho: qui ob nimiam commoditatem, &  
 curam debilis multoties efficitur. Quod,  
 cum fiat sub prætextu placendi, & deser-  
 viendi melius DEO, nihil aliud est, quàm  
 velle simul conjungere absque ulla utilita-  
 te, imò cum utriusque damno crudelissi-  
 mos hostes, spiritum nempe, & corpus;  
 per talem enim tantamque sollicitudinem  
 multum corpori de sanitate multumque  
 de devotione spiritui semper aufertur.

Quare, quidam modus liberè vivendi  
 utilior est cæteris omnibus modis, dum-  
 modo sejunctus non sit à prudentia illa, de  
 qua superius locutus sum, videlicet ex-  
 pendendi, & considerandi diversas condi-  
 tiones, & naturas, quæ omnes uni soli re-  
 gulæ subjacere non possunt.

Ad id insuper, quòd nedum in rebus ex-  
 terioribus, verùm etiam in adipiscendis  
 virtutibus interioribus aliqua cum mode-  
 ratione incedendum est, sicuti priùs quo-  
 que ostendi, cum dixi, virtutes esse gra-  
 datim acquirendas.

## C A P U T XLIII.

*Quam potens in nobis sit mala nostra propensio,  
 nec non demonis incitatio, ut ad iudicandum de  
 nostro proximo nos inducat; & demum  
 de modo iisdem resistendi.*

**E**X prædicto vitio nostræ propriæ esti-  
 mationis, atque honoris aliud oitur,  
 à quo pergrave nobis damnum affert so-  
 let; estque vitium hoc iudicium temera-  
 rium; quod de proximo nostro inferimus,  
 ex quo provenit, ut illum vilem putemus,  
 contemnamus, & aspernemur. Quod vi-  
 tium, sicut à mala propensione, & super-  
 bia nostra originem ducit, ita ab eadem li-  
 benter fovetur, atque nutritur, eò vel ma-  
 ximè, quòd ipsa simul cum illo augetur,  
 complacentiam, & fallacias blandè, in-  
 sensibilibiterque instillando. Absque ulla  
 enim advertentia tantò magis attolli præ-  
 sumimus, quantò magis in opinionem no-  
 stra alios deprimimus, arbitantes nos lon-  
 gè ab illis imperfectionibus abesse, quas  
 credimus in cæteris inveniri.

Sagax autem diabolus, qui in nobis opti-  
 mè agnoscit pessimam hanc animi pro-  
 pensionem, vigilat omni tempore, ut o-  
 culos nostros aperiat; apertosque detineat ad  
 inspiciendos, examinandos, exaggeran-  
 dosque aliorum errores.

Neque sibi imaginantur, vel capiunt  
 negli-



negligentes homines, quàm magna operetur, & molietur communis hostis, ut in mentibus nostris leves aliorum defectus imprimat, cum nequit graves.

Propterea, si hostis infernalis vigil est ad damna tua, tu quoque esto vigil, fili, ne in ejus laqueos incidas. Atque ideo, statim ac tibi ostendit errorem aliquem proximi tui, protinus mentem ab illo abducas. Quòd si ad illum judicandum te moveri præsenseris, ne tale judicium approximari permittas, attentoque animo cogita, hanc facultatem datam tibi non fuisse, ut in judicio ea discutias, quæ ad tuum proximum spectant; imò, etiamsi facultatem istam haberes, rectè judicare adhuc non posses, cum innumeris passionibus irretiaris, & nimis pronus sis, etiam absque justa causa, ad malè de alio cogitandum.

Ut efficax nihilominus tibi remedium de hoc præbeam, moneo te, fili: ut mens tua in considerandis cordis tui miseriis occupetur; quotidie namque agnosces, tot reperiri in te defectus emendandos, observandosque, ut tempus ullum tibi superesse non possit ad facta aliena dijudicanda.

Præterquam quòd tali tu vacans exercitio, ut opus est, semper magis, magisque interiorem oculum tuum expurgabis a malis illis humoribus, à quibus pestiferum istud vitium procedit.

Scito

Si  
rore  
nem  
aliqu  
tur in  
fition  
jectu  
Q  
rore  
met  
tra a  
inter  
in iis  
dicem  
Ita  
ta fer  
lata e  
saluta  
Qu  
festus  
affect  
fratre  
in qu  
lum e  
tempu  
rem se  
quor  
merat  
fiat: &  
sione.  
Si v

Scito autem, fili, quando de aliquo errore fratris tui malam in te creas opinionem, signum evidentissimum esse, quòd aliqua saltem radix ejusdem mali reperitur in corde tuo: à quo, secundum dispositionem, quam interiùs habet, omne objectum sibi simile intùs recipitur.

Quapropter, cùm accidit, ut alii de errore aliquo iudicium ferant, iratus in te metipso, ac si esses de eo culpabilis, dic intra animam tuam: *Quomodo miserimus ego inter omnes, qui in graviores longè errores prolabor, in iisque detineor, caput attollam; ut cernam, iudicemque levissimos cæterorum defectus?*

Itaque jacula, quæ adversus alios vibrata feriebant te ipsum, contra te jam ejaculata effectum præstabunt tuis vulneribus salutarem.

Quòd si admissus error pateat, & manifestus videatur, eum nihilominus pietatis affectu ductus excusa: & cogita, quòd in fratre tuo virtutes absconditæ inveniantur, in quarum cautelam permittit DEUS illum errare; vel etiam, quòd solùm ad tempus defectum illum habeat, ut vilio-rem se faciat in oculis suis, utque ex reliquorum hominum contemptu fructum metat humilitatis, pro qua gratior DEO fiat: & lucrum ipsius majus reddatur amissione.

Si verò peccatum non solùm manife-

rum sit, sed etiam grave: tum peccator  
cor induratum habere ostendat, subito ad  
terribilia DEI iudicia advola, in quibus  
cernes, homines antea scelestissimos ad  
maximam postea sanctitatem pervenisse;  
ex adverso autem nos à sublimiori statu  
perfectionis (ad quam se elatos putabant)  
in miserabile præcipitium corruisse.

Quare time, fili, & de te, rebusque tuis  
magis quàm de reliquis contremisce.

Esto item certus, quòd totum illud gau-  
dium, ac delectatio, qua frueris, ratione  
proximi tui, Spiritus sancti sit effectus:  
tum quòd omnis contemptus, iudicium  
temerarium, seu amaritudo contra ipsum-  
met proximum à nostra malitia, & diabo-  
lica persuasione procedat.

Hinc, si aliqua opinio mala propter non-  
nullorum imperfectionem progerminaret  
in te, ne quiescas unquam, vel somnum  
oculis tuis concedas, quousque illam totis  
tuis viribus à corde tuo eradicaveris.

## CAPUT XLIV.

*De Oratione.*

**D**ilecte fili, si diffidentia de nobis, con-  
fidentia in DEUM, & exercitium  
(ut demonstratum hucusque est) tam ne-  
cessaria sunt in hoc Spirituali Certamine,  
super cætera omnia Oratio requiritur; ista

enim



enim quarta res est, seu quartum armorum genus superius propositum, quo non solum supradicta bona consequi possumus, sed quæcunque alia à Domino obtinere.

Ratio autem est, quia Oratio est instrumentum ad recipiendas gratias omnes, quæ à Divino bonitatis, atque amoris fonte supra nos pluant.

Per Orationem, si benè utaris, ensis in Domini manu ponetur, ut pro te ipse decertet.

Ut verò ipsa rectè utaris, opus est, ut vel habeas in te, vel saltem habere studeas, quæ subsequuntur; nimirum,

Primò. Fac, ut vivat semper in corde tuo desiderium fervens inserviendi in quacunque te majestati Divinæ, prout magis ei placuerit.

Ut autem in prædictis desideriis accendaris, attentè, & ritè hæc meditare: nempe.

Deum propter admirabiles excellentias suas, bonitatem scilicet, majestatem, sapientiam, pulchritudinem, cæterasque perfectiones suas infinitas, omnium decore, & obsequio dignissimum esse.

Deinde puta, ipsummet Deum poenas sustinuisse, ut te juvaret; ac tres supra triginta annos laborasse: foetidisque tuis vulneribus, malignitate infectis attulisse medicamen, & sanitatem, non oleo, vino, lacerisque fasciis, & pannis, sed liquore præ-

pretiosissimo, qui exivit è sanctissimis venis suis; imò & carne sua purissima, quæ per flagella, spinas, clavosque discissa est.

Contemplare insuper, quàm utile, atque necessarium fuerit hoc beneficium; per illud enim dominium nostrimet ipsorum recipimus: dæmone superiores effici-mur: ac filii DEI nominamur, & sumus.

Secundò. Attendere debes, ut generosa fiducia, & confidentia in Dominum inveniat in te: quòd scilicet concursurus tibi sit, quidquid ad ejus obsequium, tuumque bonum, & salutem necessarium est.

Sancta hæc fiducia, & confidentia sunt, vas, quòd repletur à Domino thesauris gratiæ suæ; quare, quò majus vas istud est, magisque capax; ditior quoque, & pretiosior revertetur ad sinum nostrum Oratio nostra.

Quomodo enim poterit omnipotens Deus, qui immutabilis est, participes nos non reddere donorum suorum, si ipsemet jussit nobis, ut ea petamus: suumque nobis promisit Spiritum, si istum cum fiducia, & perseverantia quæsierimus?

Tertiò. Stude diligentissimè, ut cum nulla alia intentione ad Orationem accedas, quàm ut Divinam voluntatem ex-quaris, neglecta tua; & hoc perage, si aliquid petis, sive illud obtineas, quòd petis, sive non obtineas; ita ut propter hoc tantum

tum ad Orationem movearis : quia Deus pariter illud vult; nec propter alium finem exaudiri cupias, quam eò quia Deus pariter illud vult, atque ita ipsi arridet. Denique tota intentio tua sita in hoc esse debet : ut voluntatem tuam conformem omninò cum divina reddas, non autem ut divinam voluntatem quaras ad tuam inflectere, & inclinare.

Hoc autem facies, fili : quia, cum ab amore proprio tua voluntas infecta sit, sæpè errat, nescitque quid poscat; ubi è contra divina (eò quòd cum ineffabili bonitate semper conjuncta sit) errare non potest. Quapropter divina voluntas regula, & Regina cæterarum omnium est voluntatum, mereturque, ac vult, ut quælibet ex aliis, suo proprio placito derelicto, sibi soli, tanquam superiori, obediat.

Quare postulandæ semper sunt res conformes Divinæ voluntati, & beneplacito; unde ambigens tu, an res aliqua talis sit, sub conditione illam exopte, nempe, quòd illam velis, dummodo voluntas Domini sit, ut illam habeas.

Res autem, quas certò scis esse Domino gratas, cujusmodi sunt virtutes, petes potiùs, ut eidem satisfacias, atque deservias, quam propter aliam causam, aut finem, licet spiritualem.

Quartò, Orationem adire debes talibus:

allo-



affociatus operibus, quæ petitioni tuæ respondeant; post orationem verò studeas, opus est, ut dispositum ad gratiam, virtutemque (quam cupis) te efficias.

Orationis enim exercitium ita conjunctum esse debet cum exercitio subjugandinos ipsos, ut unum ad aliud consequi pergyrum debeat: alioquin petere à DEO virtutem aliquam, & deinde non laborare, ut eam assequamur, esset potius DEUM irritare, quam talem virtutem cupere, vel inquirere.

Quintò. Fac, ut gratiarum actio pro acceptis beneficiis petitiones tuas semper præcedat, hoc, vel simili modo:

*Domine mi, qui propter infinitam bonitatem tuam me creâsti, me redemisti, & toties ab inimicorum meorum manibus me liberâsti, mihi modo succurre; & quod enixè nunc postulo, quæso, mihi concede, quamvis ubique ad versus te rebellis fuerim, & ingratus.*

Quòd si peculiarem aliquam virtutem petiturus es, & ad manus habes rem illi contrariam, ut in illa virtute te exerceas, memento semper, ut gratias rependas Domino pro occasione, quæ tibi ab ipso concessa est. Magnum enim beneficium, & gratia Domini ipsa est.

Sextò. Quoniam oratio virtutem, & potentiam suam, ut trahat Deum ad desideria nostra, habet ex naturali ipsius Dei  
boni-

bonita  
& pati  
promi  
nos, a  
una,  
antu  
M  
prop  
am.  
do v  
quod  
corda  
cordi  
ces m  
A  
dulci  
ginis  
tum  
hono  
que  
maj  
S  
nece  
DEU  
imp  
omn  
potu  
mod  
prec  
noru  
Q

bonitate, & misericordia: ex meritis vitæ,  
& passionis Filii ejus unigeniti: nec non ex  
promissione nobis ab eo facta exaudiendi  
nos, attendere debes, ut in petitione tua,  
una, vel plures ex hisce particulis inveni-  
antur:

*Mi Deus, dona mihi, quaeso, hanc gratiam  
propter summam pietatem, & misericordiam tu-  
am. Merita dilecti Filii tui pro hac obtinenda mo-  
do valeant apud te, mihi que illud impetrent,  
quod à te humillimè, & ex toto animo flagito. Re-  
cordare, mi Domine, miserationum, & miseri-  
cordiarum tuarum, & inclina aures tuas ad pre-  
ces meas.*

Altera verò vice gratias petes per merita  
dulcissimæ Matris nostræ MARIÆ Vir-  
ginis, aliorumque Sanctorum, qui mul-  
tum valent apud Deum, multisque ab eo  
honoribus afficiuntur, eò quòd ipsi quo-  
que honorem in hac vita impertiti fuerint  
majestati Divinæ.

Septimò. Ut in Oratione perseveres,  
necesse est; humilis enim perseverantia  
DEUM invincibilem vincit. Et verè, si  
importuna Viduæ perseverantia judicem  
omni plenum iniquitate ad petitiones suas  
potuit inclinare, ut *Lucæ 18.* legitur, quo-  
modo vim non etiam habebit flectendi ad  
preces nostras Deum, qui est omnium bo-  
norum plenitudo.

Quapropter, quamvis statim post ora-  
tionem

tionem te exaudire nolle videatur: imò, licet contraria signa ostendat, prosequere nihilominus orationem tuam, & perseverans, constantem, vividamque confidentiam tuam habeas de ipsius auxilio; siquidem non solum in ipso nunquam deficient, sed semper mensura infinita superabundant ea omnia, quæ necessaria sunt ad gratias quibuscunque hominibus liberalissimè concedendas.

Idcirco, si à te defectus non provenerit, securus esto, quòd tu semper accepturus sis totum id, quòd petieris, vel saltem aliquid aliud magis utile, seu etiam utrumque simul.

Quinimò addo, si à Deo repelli quandoque videaris, tantò magis in oculis tuis te humilia, cogitansque demerita, & peccata tua, mente ad Divinam misericordiam semper intenta, magis, magisque in illam confide. Quò nim constantior, & generosior fuerit confidentia tua in DEUM, ubi te bello hostes invaserint, eò magis etiam grata erit DEO nostro.

Gratias tandem reddes Domino, ipsumque bonum, sapientem, amantemque non minus habebis, ubi tibi illa, quæ petieris, denegabit, quàm ubi eadem concedet.

Itaque constans semper, & lætus in quovis eventu, bono, aut malo, perseverare debes, & sapientiæ, providentiæque divi-  
næ:



ne in omnibus humillimè te committere,  
ac subdere.

## C A P U T XLV.

*Quid sit oratio mentalis.*

**O** Ratio mentalis est elevatio mentis in  
Deum cum actuali, vel virtuali peti-  
tione illius, quod optamus.

Actualis petitio fit, cum verbis mentali-  
bus exposcitur gratia, his similibus modis:

*Domine mi amantissime, dona mihi hanc gra-  
tiam propter hōnorem, & gloriam nominis tui:  
Seu,*

*Domine Deus meus, firmiter credo, quòd hoc  
tibi placeat, & quòd gloria tua exigat, ut a te gra-  
tiam istam exposcam, atque obtineam. Adimplea-  
tur ergo in me voluntas, & beneplacitum tuum.*

Cum verò te hostes invadent, ora hoc  
modo: *Accurre cito, mi Domine, in auxilium  
meum, ne adversariis meis cedam: Seu,*

*Respice summe Creator imbecillitatem, & fra-  
gilitatem creature tue, quam pretioso tuo sangui-  
ne redemisti à tot hostium phalangibus oppugna-  
tam: Vel,*

*Adesto Domine: succurre Domine, neque de-  
stituas in hoc certamine debilitatem, & infirmas  
vires meas.*

Durante autem certamine persevera tu  
quoque in hoc orandi modo, viriliter sem-  
per, ac magnanimiter resistens hostibus  
tuis.

Ubi

Ubi verò certaminis vis, & asperitas cessit, conversus ad DEUM siste coram illo hostem, qui tecum in conflictu congressus est, tuamque unà cum ipso imbecillitatem, dicens:

*Ecce, Domine, creatura tua, qua opus manuum tuarum est, tuoque sanguine redempta. Ecce adversarius tuus, & ejusdem creatura, qui ipsam tibi quarit surripere, & deglutire.*

*Ad te confugio, Domine, in Te solo confido, qui omnipotens, & bonus es, meamque impotentiam vides, imò promptitudinem cernis ad me illi voluntariè subjiciendum, nisi mihi praesto sit auxilium tuum: auxiliare mihi igitur ô spes, & fortitudo anima mea.*

Virtualis autem petitio illa dicitur, cum mens ob aliquam gratiam impetrandam elevatur in DEUM, eique solum aperitur, & exponitur necessitas absque aliarum rerum discursu, vel consideratione: exempli gratiâ.

Cum mentem ad Deum attollo, & coram illo impotentiam meam agnosco, ut à malo me custodiam, atque ut bonum aliquod operer: tum accensus cupiditate ei humiliter inserviendi, expectansque cum fiducia auxilium ejus; iterum, atque iterum respicio ad ipsum Dominum.

Hujusmodi cognitio, desiderium, seu fiducia ante Deum posita, est Oratio, quæ actualiter petit illud, cujus indigeo. Quare,

re, quo prædicta cognitio erit perfectior, & purior, desiderium ardentius, & fiducia magis vivax, eò etiam efficacius poscet.

Est & aliud genus petitionis virtualis priori brevioris, & quæ fit per simplicem intuitum mentis in DEUM, ut nobis succurrat: qui intuitus nihil aliud est, quàm tacitum DEO monitum, desiderium, atque petitio illius gratiæ, quam antea postulavimus.

Attende autem, fili, ut genus hoc orationis benè percipias, ipsumque frequens, & familiare habeas: quia (ut experientia tibi ostendet) telum est, quod facilè, in omni loco, quocunque tempore, & adversus quælibet pericula præ tuis manibus haberi potest, majorisque longe virtutis est, & adjumenti, quàm tibi explicare unquam valeam.

## C A P U T XLVI.

*De Oratione per modum meditationis.*

**D**ilecte fili, si pro aliquo spatio temporis orare volueris, exempli gratiâ per mediam, vel integram horam, seu etiam ad longius tempus, adde orationi tuæ meditationem de vita, atque passione JESU Christi, accommodans semper virtuti (quam cupis) ejusdem Christi actiones: exempli gratiâ,

Si



Si patientiæ virtutem habere cupias, sume tibi aliquid ad meditandum de mysterio flagellationis ejus: scilicet,

Primò: Meditare, quomodo, post sententiam à Pilato prolatam, cum clamoribus, vociferationibus, & opprobriis raptus fuerit Dominus Deus tuus per iniquos satellites ad locum pro flagellatione deputatum.

Secundò. Quanta rabie vestibus suis fuerit Dominus à sævissimis illis canibus spoliatus, & quomodo purissimum corpus ejus, post spoliationem, omnium ludibrio expositum remanserit.

Tertiò. Qua feritate innocentes ejus manus duris funibus devinctæ fuerint, & ad columnam ligatæ.

Quartò. Quali barbarie ipsiusmet corpus discissum, & dilaceratum fuerit per flagella, & quomodo rivi sanguinis divini fluxerint usque ad terram.

Quintò. Quomodo per iteratos ictus, ac percussiones una, eademque in corporis parte magis semper exacerbata fuerint plagæ jam factæ.

Itaque ubi hæc, vel similia puncta ad patientiam consequendam tibi proposueris meditanda, sensum tuum prius etiam appones, ut intimius, & profundius sentias in te amarissimos dolores, & pœnas, quas in omnibus sanctissimi sui corporis

par-

partibus Dominus tuus amantissimus sustinebat.

Hinc ad sacratissimam Jesu Christi animam te vertens, contemplare, quoad potes, patientiam, mansuetudinemque, quibus tot afflictiones tolerabat, semper cupiens majora atque atrociora pati supplicia pro sui Patris cœlestis honore, atque pro beneficio nostro.

Inspice deinde Christum Dominum è Cruce pendentem, flagrantemque efficacissima cupiditate tolerandi dolorem tuum. Cerne, quomodo ad suum æternum Patrem conversus oret pro te, ut tibi gratiam dignetur concedere, mediante qua ferre patienter possis Crucem, seu tribulationem, à qua tunc temporis excruciaris, & simul cum illa, quamlibet aïiam.

Hinc voluntatem tuam frequenter inclinans ad omnia patienti animo perfe-renda, mentem postea ad divinum Patrem converte, eique gratias referens, eò quòd propter nimiam charitatem Unigenitum suum in mundum miserit ad tot pœnas acerbissimas subeundas, atque ad orandum pro te. Post quæ ipsum quoque ro-gabis, ut virtutem patientiæ propter opera, precesque Filii sui unigeniti tibi con-cedere non dedignetur.

## CAPUT XLVII.

*De altero modo orandi per meditationem.*

**A**ltero item modo orare poteris, ac meditari, fili mi: Ubi attentè consideraveris JESU Christi afflictiones, menteque tua contemplatus fueris animi promptitudinem, qua easdem afflictiones Christus Dominus sustinere solebat, ex ejus dolorum, atque patientiæ magnitudine ad duas alias meditationes gradum facies; nempe,

Primò. Christi Domini merita contemplare.

Secundò Gaudium, & gloriam, quam æternus Pater habuit ob perfectam patientis Filii sui obedientiam.

Quas duas meditationes offerens Majestati divinæ, efflagitabis ab ea, ut propter talem, tantamque virtutem velit tibi gratiam illam concedere, quam desideras.

Hac autem meditatione uti poteris, non solum in meditatione cujuslibet mysterii passionis Domini, verùm etiam cujuscunque actus peculiaris, sive intrinseci, sive extrinseci, quem ipse Christus in eo mysterio efficiebat.



## CAPUT XLVIII.

*De modo orandi medio MARIE Virginis.*

**P**Ræter supradictos orandi, & meditan-  
di modos alius quoque sese offert, ni-  
mirum mediogloriosissimæ Matris, sem-  
perque Virginis MARIE. Sic autem te  
gerere poteris:

Primò, mentem tuam in æternum Pa-  
trem intendes: deinde in dulcem, dile-  
ctumque Filium ejus unigenitum JESUM  
Christum: postremò in ipsam, amantissi-  
mam Matrem, Virginemque MARIAM.

In Deum Patrem cogitationem tuam  
intendens, duo considera:

Primò. Delectationem, quam ipse ab  
æterno percipiebat de Virgine Maria præ-  
sente menti suæ, priusquam ex nihilo il-  
lam traheret, atque crearet.

Secundò. Admirabiles virtutes, &  
actiones ejusdem Virginis, postquam mun-  
do producta est.

Delectationem prædictam sic medita-  
beris.

Attolles prius cogitationem tuam supra  
omne tempus, & supra omnem creatu-  
ram, tum per res creatas penetrans in ip-  
sammet æternitatem, & DEI mentem,  
delicias considerabis, quibus divina Ma-  
jestas in se ipsa propter MARIAM Vir-  
ginem fruebatur. Ubi verò per istas con-  
fide-

siderationes ad Deum ascenderis: subito constanter, fiducialiterque ob prædictas delectationes postula gratiam, atque robur ad omnes tuos adversarios subjugandos: sed præsertim vitium illud, quod tecum, illo tempore, decertaverit.

Progredere postea, & contemplare tantas, ac tam præcipuas virtutes, & actiones sanctissimæ Virginis, easque DEO offerens. modò omnes simul, modò aliquas tantùm ex illis, ipsum humiliter roga, ut propter infinitam misericordiam suam, nec non propter tantæ Virginis virtutes, & merita tibi largiri velit id, quo eges.

In Filium verò JESUM Christum mentem erigens, ad ipsius memoriam revoca Virgineum gremium, in quo novem menses fuit: tum reverentiam, quâ, statim ac natus est, eum Virgo dulcissima adoravit, recognovit, & coluit verum Deum simul, & verum hominem, nec non verum Filium & Creatorem suum. Posthæc ejusdem quoque sanctissimi Filii memoriæ obijce piissimos Matris suæ oculos, qui ipsum viderunt inter angustias: & magnopere eidem compassi sunt: brachia item, quæ ipsum amplexata fuerunt: mellea oscula, quæ illi dedit: lac, quo eundem nutrit: laboresque, atque dolores, quos in vita, & morte ejus perpessa est. Pro his, similibusque sanctissimæ Virginis actibus dulcem  
aman-

amantissimo Filio vim inferes, ut te petentem exaudiat.

Postremo. Mentem tuam ad Virginem ipsam pariter convertes, eique ad memoriam etiam rediges, quomodo ab æterna providentia, & misericordia selecta fuerit inter tot mulieres pro Matre gratiæ, & pietatis, nec non pro Advocata, & mediatrice nostra. Propterea post Deum, & ejus benedictum Filium, apud nullum alium, tutiorem recusum, atque præsidium habemus, quàm apud illam.

Coram ipsa Matre clementissima fides insuper infallibilem illam veritatem, quæ de ea scripta est, atque ob tot, tantoque effectus admirabiles manifestissimè agnoscitur, ac decantatur: videlicet, quòd nunquam invocata cum fiducia ab aliquo fuerit; quin ei benignissimè responderit per gratias suas, suoque patrocinio atque auxilio adfuerit.

Ultimò ante ipsam mer expones Filii sui unigeniti pœnas, quas pro salute nostra sustinuit: illam orans, ut hanc ab eo tibi impetret gratiam, quòd tales dolores, ac pœnæ illum omninò effectum habeant, (& quidem ad solum Domini honorem, & gloriam) propter quem Redemptor noster amantissimus tantò cum sui dedecore, & ignominia voluit pati.



## CAPUT XLIX.

*De quibusdam considerationibus, ut cum fiducia ad MARIAM Virginem confugiamus.*

**S**I cupis confugere cum fiducia in qualibet necessitate tua ad Virginem MARIAM, per infra notatas considerationes hoc acquirere optimè poteris.

Primò. Benè consideres, fili, id, quod experientia quoque novissimè potes, nempe à vasis omnibus (in quibus muscus antea, vel aliud pretiosum fuit aroma) odorem aromaticum conservari, eò vel magis, quò majori temporis spatio prædicta aromata ibi fuerint; tum multò fragrantius redolere vasa odoramentis, si fortasse non nihil aromatum in iisdem remanserit: & nihilominus, tam muscum, quàm alium quemcunque liquorem, etsi pretiosissimum, limitatæ, atque finitæ virtutis esse. Supradictum totum evenire quoque conspicias in eo, qui magno fuit proximus igni; diu namque (licet ab igne illo recedat) calorem in se conservat.

Ubi autem prædicta omnia mente revolveris, considerans, qua charitatis flamma, pietatisque; & misericordiae ardoribus Mariæ æstuent viscera, quæ ad novem usque menses in virgineo suo utero clausit, unitumque sibi semper habet Filium su-

um, c  
ricordia  
mitate  
sed illi  
quam  
pete in  
ximus  
aroma  
charit  
menta  
RIAM  
iffima  
quor f  
(inter  
giner  
grante  
& eò m  
cum fi  
Secu  
la unq  
stum d  
volun  
sacrat  
Qu  
mur,  
mus, à  
que p  
suam  
eacam  
rara su  
que po

um, qui ipsamet charitas, pietas & misericordia est, & quidem non finita, & limitata virtutis, sicut aromata, & ignis, sed illimitata, & infinita: considerans inquam hæc omnia, dic, & confidenter re-  
pete in corde tuo: Si ille, qui fuit igni proximus, calorem retinet, & vas, in quo fuit aroma, tam diu servat odorem; quantum charitatis ignem, & miserationum odora-  
menta in se retinuisse, putandum est, MARIAM Virginem, ejusque viscera sacratissima? Si hoc verò ita est: quot gratias, quot favores, quot auxilia miseri omnes (inter quos & ego) confugientes ad Virginem hanc undequaque æstuantem, flagrantemque misericordia non recipient; & eò magis, quò frequentius, & majori cum fiducia ad eam approximabunt?

Secundò. Hoc scias oportet, quòd nulla unquam creatura adeò JESUM Christum dilexerit, aut adeò conformis fuerit voluntati divinæ, sicut Mater, & Virgo sacratissima.

Quòd si hoc ex una parte fateri tenemur, & ex alia etiam ignorare non possumus, à Dei Filio (qui sanguinem, vitæque profudit pro peccatoribus) matrem suam dulcissimam in Matrem, & Advocatam nostram clementissimam adoptatam fuisse, ut auxilium nobis præbeat: utque post ipsum immediatè nostræ salutis

fit via, quomodo inobediens divino Filio suo esse poterit, atque rebellis? qua voluntate nos deseret confugientes ad se? seu, ut melius dicam, quid ab ea non sperabimus? quid per eam non obtinebimus?

Accurre, accurre igitur, fili dilectissime, magna cum fiducia in qualibet necessitate tua ad benignissimam Matrem nostram Mariam, quoniam dives verè est hæc confidentia, tutumque pro singulis opportunitatibus ad ipsam confugere, cum infinitas impetrare nobis gratias, atque misericordias possit.

## CAPUT L.

*De modo meditando, & orandi media Angelorum, & Beatorum intercessione.*

**D**ilecte Fili, ut auxilium, atque favorem Angelorum, & Beatorum in hoc orandi exercitio obtineas, duobus uteris mediis.

Primò. Mentem tuam ad æternum Patrem convertes, & coram illo sistes amorem, honoremque, & laudes, quibus ab universa Cælorum aula extollitur, & decoratur. Item labores, ærumnas, & pœnas à Sanctis in terris pro ipsius Dei amore perpeffas illi offeres. Tum deinde etiam, quicquid tibi opus est, per hæc omnia flagitabis à Majestate divina.

Se-



Secundò: Ad ipsos beatos spiritus (tanquam ad eos, qui non solum perfectionem nostram desiderant, verum etiam, ut in loco propriis locis excelsiori nos colloca-  
mur) confugies, & ad iisdem robur, auxili-  
umque postulabis adversus vitia omnia,  
omnesque hostes nostros infernales; &  
demum ipsos merenixè rogabis, ut in mor-  
tis articulo ad defensionem tuam præsto  
sint.

Contemplare nonnunquam etiam mul-  
tas, magnasque gratias, quibus à supremo  
rerum omnium Creatore Angeli, & Sancti  
omnes donati sunt; atque hæc meditans,  
vividum amoris lætitiæque affectum in te  
excitare erga illos contende, eò quòd tui  
gratiis, & favoribus à Domino ditati sint.

Non minus enim lætari debes de eo-  
rum donis, quàm, si tibi ipsi concessa fo-  
rent.

Imò gaudere multò magis debes, quòd  
illis, & non tibi prædicta dona concessa  
sint: cum placuerit Domino, ut ipsi illa ha-  
berent. Quare gratias, laudesque pro eis  
tu quoque benignissimo perages donatori.

Ut autem hoc exercitium ordinatim, &  
facile facere possis, divides Beatorum cho-  
ros in singulos hebdomadæ dies, hoc mo-  
do:

Die Dominico aliquid de novem Ange-  
lorum choris contemplaberis,

H. S.

Die

Die Lunæ de S. Joanne Baptista.

Die Martis de SS. Patriarchis, & Prophetis.

Die Mercurii de SS. Apostolis.

Die Jovis de SS. Martyribus.

Die Veneris de SS. Pontificibus, Doctoribus, & Confessoribus.

Die Sabbathi de SS. Virginibus, ceterisque mulieribus beatis.

Nullum tamen diem prætereas, quo ad MARIAM Virginem, Sanctorum omnium Reginam: ad Angelum tuum Custodem: ad sanctum Anchan- gelum Michaëlem, tuosque Advocatos non confugas, & de illis aliquid mediteris.

Tum singulis diebus MARIAM Virginem, & ejus Filium, cœlestemque ejusdem Patrem roga: ut tibi pro mediator, atque Patrono concedant sanctum Patriarcham Joseph Virginis sponsum, & gloriosissimos ejus parentes, nostri amantissimos, Joachim nempe, & Annam. Quæ ubi fueris, ad Sanctos istos accurre cum precibus, & fiducia, illosque humillimè deprecaberis: ut sub tutelam, ac Patrocinium suum recipere te dignentur.

Multa narrantur mirabilia de hisce Sanctis: multosque favores & gratias accepisse legimus illos omnes, qui, vel debito eos honore coluerunt, vel saltem confidenter ad ipsos confugerunt, non solum in neces-  
sitate

fitatibus spiritualibus, sed & in corporali-  
bus, præsertim autem Sancti isti devotos  
suos ad rectè orandum, & meditandum  
edocere, & instruere consueverunt.

Et verè, si reliquos Sanctos tanti Deus  
facit, atque dona per eorum intercessionem  
hominibus largitur (nam in carne viven-  
tes ei obedientiam præstiterunt) quanti  
credendum est ab eodem estimari, & apud  
ipsum posse porrectas sibi preces per hu-  
millimos hosce Sanctos, quos (eò quòd  
semper se ita illi subjecerunt) adeò dilexit?  
Dominus enim sic in terris coli voluit Di-  
vum Joseph, ut semet ei subjecerit, atque  
obediverit tanquam Patri: beatissimos ve-  
rò sponso Joachim, & Annam ita amavit,  
ut hanc in dignissimam Matrem, & illum  
in Patrem non imparem Genetrici suæ san-  
ctissimæ concupiverit, & destinaverit.

## C A P U T L I.

*De meditatione passionis JESU Christi; & quo-  
modo plures ex ea affectus excerpti possint.*

**D**ilecte fili, quia illa, quæ de passione  
Domini nostri superius dixi, inser-  
viunt, ut meditemur, & oremus per peti-  
tiones, subdò modò, quo pacto varios  
piosque affectus ex ipsamet passione Do-  
mini colligere possimus.

Itaque si Christi Domini Crucifixionem



meditari volueris, præter alia puncta, hæc de divino illo mysterio contemplaberis.

Primò. Quomodo Christus JESUS (qui est omnium Dominus) supra Calvariaz montem à crudelibus Judæorum manibus fuerit spoliatus: & quanta feritate fuerit lacerata ejus caro, quæ cum vestibus ob acceptas percussiones, & vulnera conglutinata erat.

Secundò. Quomodo à supremi Regis capite spinea corona avulsa sit: & quot vulnera cæli terræque Domino recenter inflicta fuerint, cum corona, altera vice, in capite ejus reposita est.

Tertiò. Quomodo ponderosissimi mallei, & clavorum acutissimorum ictibus in Crucis patibulo confixus fuerit.

Quartò. Quomodo Christi membra ad Crucis foramina tanta violentia attracta fuerint, ut omnia è proprio loco resoluta, singillatim potuerint numerari.

Quintò. Quomodo, pendente Domino in ligno Crucis, nec aliud habente sustentaculum præter clavos, latiora, & acerbiora facta fuerint vulnera sacratissima ob pondus corporis deorsum tendentis cum dolore enarrabili JESU Christi.

Ubi verò ex his, aliisque similibus meditationibus, pietatis, & amoris affectum erga Christum Dominum in te excitare volueris, studeas inter meditandum, ut è prima cognitione per contemplationem acqui-

acqui-  
das,  
cordia  
maxi  
plicia  
in te  
que t  
Po  
nitat  
adun  
dolon  
grati  
prop  
disce  
tibus  
U  
quod  
seriaz  
magn  
pecca  
laque  
bus li  
redde  
tiam  
in que  
U  
ra cor  
rota  
MAR  
que m  
U

acquisita ad aliam semper altiore ascendas, scilicet infinitæ bonitatis, & misericordiae Domini, amorisque ejus erga te, maximè verò, eò quòd tot, ac tanta supplicia pro te pati dignatus sit. Quò enim in te augetur cognitio ista, eò magis quoque tuus in illum amor excrescet.

Post prædictam autem cognitionem bonitatis, & infiniti amoris Dei tui facillimè ad eum contritionis elicere poteris, atque dolorem, eò quòd toties, & tanto cum ingrati animi vitio Deum offenderis, qui propter iniquitates tuas immaniter ad eò discerptus est, atque à tot barbaris cruciatibus laniatus.

Ut spem deinde in te excites, considera, quòd in statu isto tantæ calamitatis & miseræ nulla alia de causa esse voluerit tam magnus, ac potens Dominus, quàm, ut peccatum extingueret, teque à dæmonis laqueis, nempe à peccatis tuis particularibus liberaret: quàmque, ut propitium tibi redderet æternum Patrem: atque confidentiam in te pareret confugiendi ad ipsum in quacunque tua necessitate.

Ut ad gaudium postea exurgas, considera complacentiam, & jubilationem, quam tota Trinitas sanctissima, quam Virgo **MARIA**, quam Ecclesia triumphans, atque militans exinde habuit, & habet.

Ut ad odium verò movearis peccatorum

tuorum, omnia puncta, quæ meditaberis, taliter accommoda tibi, ut Dominus propter nihil aliud passus fuisse videatur, quàm, ut te ad tuarum propensionum odium perduceret: sed illius præsertim, quæ magis regnat in te, magisque displicet Majestati Divinæ.

Ut admirationem concipere possis, meditare, quid inveniri majus possit, quàm Creatorem universi conspiceret diis undequaque persecutionibus per suasmet creaturas exagitarum: depressam, conculcaramque supremam Numinis Majestatem intueri: condemnatam justitiam: Cæli, terræque Pulchritudinem spuris deturpatant: divini Patris Amorem odio habitum: Lucem inaccessibilem, in creatamque videre in tenebrarum potestates redactam: ac demum, quam cernere Gloriam, atque Felicitatem ipsam, tanquam ignominiam humani generis, reputatam, atque in miseriarum omnium profundum dejectam.

Ut autem afflictio Domino tuo compariaris, præter meditationem pœnarum exteriorum ejusdem Domini, cogitationem tuam quoque dirigas in alias pœnas longè majores torquentes intrinsecus Christi animam. Si enim magnopere pro exterioribus commotus fueris, pro interioribus, procul dubio, cor tuum præ doloribus distumpetur.

Aspi-

Asp  
ma  
in Co  
atque  
cume  
ipsan  
omne  
ejust  
dilect  
Hi  
terra  
fensa  
fodie  
loris  
raban  
cupid  
viret,  
Sicu  
pidita  
quit,  
qui c  
gravi  
Domi  
Ad  
creatu  
nem a  
gulis  
parati  
debe  
li, qua  
sunt er



Aspiciebat namque JESU Christi anima essentiam Divinam, ut nunc intueretur in Cœlis, illamque quocumque honore, atque obsequio dignissimam agnoscebat: cumque ei (ob amorem ineffabilem, quo ipsam amabat) addicta esset, creaturas omnes unâ cum omnibus suis viribus in ejusdem divinæ essentiæ obsequio, atque dilectione cupiebat intentas.

Hinc sanctissima anima, ob innumeras terræ culpas, ac scelera tam barbarè offensam, despectamque se cernens, transfodiebatur eodem tempore ab infinitis doloris acuminibus, quæ illam magis dilacerabant, quò major erat ejus amor, atque cupiditas, ut tantæ majestati quilibet inferviret, honoremque debitum impertiretur.

Sicut autem tanti amoris, tantæque cupiditatis magnitudo à nobis percipi nequit, ita nec inter nos aliquis invenitur, qui cognoscere possit, quàm acerba, & gravis ad ferendum esset afflictio interior Domini nostri.

Adde, quòd, cum JESU Christi anima creaturas omnes diligeret, juxta proportionem amoris sui summopere doluit de singulis earundem peccatis, propter quæ separari ab ipsa per totam æternitatem illæ debebant. Pro qualibet enim culpa lethali, quam, vel jam admiserant, vel admisuri erant homines, qui fuerunt, sunt, &

erunt.

erunt; & quoties quicumque istorum peccabat, toties separabatur ab ipsa Domini anima, cum qua per charitatem uniebatur.

Quæ separatio eò crudelior erat illa, per quam corporalia membra à proprio, suoque naturali loco disjunguntur, quò anima (utpote purus spiritus nobilior est, & perfectior corpore) idcirco etiam doloris majoris erat capaxior.

Inter hæc tormenta pro creaturis peccata barbarum summopere illud fuit, quod Domini anima experta est propter scelera tot damnatorum, eò quòd isti nunquam in perpetuum uniri secum debebant: sed à crudelissimis, æternisque suppliciis semper excruciami.

Quod si anima tua, fili, ut magis doleat, magisque Christo JESU compatiatur, penetrare cogitatione profundius optaverit; inveniet ab ipsiusmet Domini anima poenas quàm barbaras, & inhumanas perferri: neque tantum propter commissas ab hominibus culpas, verum etiam propter illas, quæ perpetrati ab iisdem poterant, licet deinde nunquam fuerint perpetrata. Extra dubium etenim est, quòd Dominus nedum commissorum criminum indulgentiam, verum etiam præsertionem à non commissis dolorum, atque poenarum suarum sumptibus, nobis omnibus sit lucratus.

Ne

Nec aliæ deerunt considerationes, ut unâ cum afflictissimo tuo Domino affligi possis.

Nullus enim dolor, vel fuit, vel erit unquam in rationali creatura, quem in se anima Domini non toleraverit.

Quinimò injuriæ, tentationes, ignominia, pœnitentiæ, angustia, languoresque omnium hominum magis Christi animam intrinsecus afflixerunt, quàm illos ipsos, qui tales pœnas sustinuerunt.

Omnes quippe mortalium afflictiones, siue magnas, siue parvas, tam animæ, quàm corporis: imò etiam, vel minimum capitis dolorem, aut acus vulnus perfectissimè benignissima Redemptoris anima tunc agnovit, vidit, & propter nimiam charitatem habere, & pati voluit in corde suo.

Nec satis, filii, adde, quòd, plusquam ab omnibus aliis pœnis, angustis que perpeffis ob cæteras creaturas, à suæ Matris doloribus Christus Dominus excruciatu est, adeoque crudeliter, ut explicari vix possit; nam tot modis, & propter singulas causas (pro quibus Dominus passus est) sanctissima ejus Genetrix, quamvis non ita intensè, acerbissimè nihilominus afflictæ est. *Doloris etenim gladius sacratissimam ipsius animam pertransiuit.*

Qui Virginis dolores, & cruciatu rursus Filii sui divini vulnera exacerbaverunt,

&



& ab illis tanquam à tot ardentibus amoris jaculis dulcissimum cor ipsiusmet Filii transfixum est; & quidem ita immaniter, ut ob tot enarrata supplicia, nec non ob alia penè infinita, quæ ignotamus, discipulisset voluntarius tormentorum infernus, ab ardentissimo amore erga humanum genus confectus: sicuti teriprum quoque legimus, cor Domini fuisse à pia quadam anima nuncupatum.

Itaque, fili, si rectè prædictorum dolorum causam expendere, quos affixus Crucis Salvator noster, ac Dominus toleravit, nullam aliam invenies præter peccatum.

Ex quibus omnibus evidentissimè consequitur, quòd dolere purè ob DEI amorem propter offensam illi factam: odio habere peccatum supra omnia: magnanimiterque dimicare adversus hostes, atque malas propensiones nostras, ut, veterem hominem cum suis actibus exatis, novum possimus induere secundum JESUM: ac tandem animum nostrum exornare virtutibus; hoc verè sit compati Domino, illique gratias agere, & quidem eo modo, quo ipsemet à nobis requirit, nosque propter causas innumerabiles tenemur facere.

De profectu  
fixi

INter  
ix ha  
tatione  
Prim  
præteri  
afficiari  
geant q  
Cruci  
Secu  
catorum  
odium  
offenda  
tot cruc  
ab eo p  
eique p  
absque  
nega  
Ter  
tem pe  
pensio  
Qua  
tari itu  
fuit no  
nostris  
iam, ut  
quoqu

## CAPUT LII.

*De profectu, qui derivari potest in eos à Crucifixi Domini meditatione, ejusque virtutum imitatione.*

**I**Nter alios profectus non paucos, quod ex hac sanctissima JESU Christi meditatione debes colligere.

Primus sit: Nedum propter peccata tua præterita doleas, verum insuper mœore afficiaris, eò quòd inveniantur adhuc, vigeantque in te estranes illæ passiones, quæ Cruci Dominum confixerunt.

Secundus: Veniam à DEO flagites peccatorum tuorum, nec non etiam perfectum odium contra te ipsum, ne amplius illum offendas; imò, ob gratiarum actionem pro tot cruciatibus ab ipso toleratis amore tuò, ab eo posces: ut diligere ipsummet possis, ei que perfecte in posterum inservire; quòd absque prædicto tui ipsius odio obtinere nequaquam poteris.

Tertius: Magnanimiter usque ad mortem persequareis quamcunque malam pensionem tuam, licet exiguam.

Quartus: Pro omnibus tuis viribus imitari studeas Salvatoris virtutes, qui passus fuit non tantùm, ut nos redimeret, & pro nostris iniquitatibus satisfaceret, sed etiam, ut præberet nobis exemplum, quo nos quoque vestigia ejus calcare addiscamus.

Eces

Ecce tibi meditationis modus, quo uti poteris ad hunc finem:

Si cupis, exempli gratiã, patientiam consequi, & Christum Dominum in hoc imitari; hæc, vel similia puncta meditare:

Primò: Quid faciat patiens JESU Christi anima erga Deum.

Secundò. Quid erga JESU Christi animam DEUS.

Tertiò. Quid Christi anima erga se ipsam, & erga sacratissimum corpus suum.

Quartò. Quid Christus erga nos.

Quintò. Quid facere & nos tandem debeamus erga Christum.

In primis igitur considera, quòd Christi anima omnino intenta perseverans in DEUM obstupescat, ubi videt magnitudinem incomprehensibilem, (cujus comparatione creata omnia purum nihilum sunt) humiliatam in omnibus, (præterquam in divinitatis suæ gloriã) sustinere in terris indignissimas vituperationes, & ludibria propter hominem, à quo nihil aliud unquam recepit, præter infidelitates, & injurias; tum considera etiam: quomodo Majestatem divinam Christus adoret: quomodo eidem gratias agat, totumque se offerat.

Deinde ad ea respice, quæ Deus erga Christi animam facit, & vide, quàm ardentè cupiat, atque ideo quot stimulis ip-

fam  
spu  
Cruc  
modo  
esse  
que  
Ex  
tion  
modo  
ma  
mult  
bis  
pro  
torme  
promp  
temper  
vinæ.  
Sed  
potest  
dulciss  
Inter  
labyrinth  
ret, non  
cruciat  
centi  
illis pl  
quoru  
natum  
libent  
Poss  
stum



sam incitet, ut pro nobis a laparum ignis, sputa, blasphemias, flagella, spinas, & Crucem perferat; tum proinde cerne, quomodo voluntatem, & placitum suum hoc esse ostendat: Christum intueri unde quaque afflictionibus, & opprobriis onustum.

Ex hoc verò ad Christi animam cogitationem tuam converte, & meditare, quomodo (ubi conspicit ejusdem Christi anima intellectu suo perspicacissimo, quam multum Deo placeat, ut ipsamet pro nobis patiat) statim ac invitatur à DEO, ut pro amore, exemploque nostro prædicta tormenta sustineat, illico cum lætitia promptam, paratamque se præstet ad obtemperandum in omnibus voluntati Divinæ.

Sed quis intra profundissima penetrare potest desideria, quæ de istis purissima, & dulcissima Christi anima interiùs nutrit? Inter hæc enim, velut inter tormentorum labyrinthum, quærit (licet, prout cuperet, non inveniatur) novos modos, & formas cruciatuum. Quapropter unà cum innocenti carne sua (ut de illa fiat, quidquid illis placet) in manus, voluntatemque iniquorum hominum, dæmonumque infernalium, non tantùm liberè, verùm etiam libentissimè se totam tradit.

Post hæc intende oculos tuos in Christum JESUM, & audi, quæ subiacet suo

fuo aspectu benignissimo dicat tibi, nempe :

*Ecco fili mi, quò me immoderata concupiscentia tua adduxerunt, quando ne parvam quidem vim tibi inferre voluisti ! Ecco qua pro te patior, & quam hilari vultu hac omnia fero pro amore tuo ! Ecco inquam hæc, qua ob patientia exemplum magna mea cum voluptate justineo !*

*Per hos omnes dolores meos te rogo, fili, ut ex anima hanc Crucem, quam modo geris, & aliam quamcunque mihi gratam, ac tibi à me, pro meo placito, immissam, libenter toleres ; imò ut de manibus omninò committas persecutorum tuorum, (sive isti debiles, & mitæ sint, sive fortes, & crudelès) quos contra te, honoremque, famam, atque corpus tuum ego impellam. O ! si scires consolationem, quam ego percipiam propter hoc ! Nam tamen potes agere ex his vulneribus, qua tantquam gemmas aulectissimas habere volui, ut miseram animam tuam mihi summo opere charam ornare possem. Quòd si ego pro te ad mortem usque redactus sum : cur sponsa mea amantissima, recusabis aliquantum pati, ut cordis mei desiderio facias satis, & ut mitiora efficias mea vulnera, qua, utpote mihi ab impatientia tua inflicta sunt, ab ista magis quam ab ipsis vulneribus cor meum affligitur, & laceratur ?*

*Tum attentè considera, quis ille sit, quem tibi audire videberis sic discurrentem ; ubi verò Regem gloriæ, Christum, verum DEUM, & verum hominem esse*

con-

conspere  
narum,  
neque  
gnus fui  
uum in  
solumi  
re, sed  
contem  
(qui ad  
quò ma  
gisque  
sandi n  
confide  
ratum,  
DEUM  
animo,  
sed, ut  
charita  
atque,  
exerce  
tus cu  
eo per  
tio, qu  
actus f  
licet,  
cum  
quam  
quam  
Domi  
ter ang  
And

conspexeris, meditare magnitudinem peccatorum, atque contemptum ejus, quibus neque latro omnium scelestissimus dignus fuisse. Proinde cernens Dominum tuum inter tot languores, & tormenta, non solum immobilem, & patientem persistere, sed, tanquam inter nuptias, lætum: contemplate, quomodo, adinstar ignis, (qui ad aquæ pabulum plus accenditur) quò magis augmentur cruciatus, magis, magisque etiam in eo crescat cupiditas subeundi majores. Hic tamen haud sistes: sed considerabis in super, prædicta omnia operatum, passumque fuisse clementissimum DEUM nostrum non coactè, invitoque animo, vel propter sui ipsius utilitatem: sed, ut ipsemet dixi tibi, propter solam charitatem, amoremque suum erga nos: atque, ut exemplo suo in virtute patientiæ exerceamur. Hinc agnosce, quid Christus cupiat: gaudiumque non ignorans ab eo perceptum ex nostro patientiæ exercitio, quare, omni studio, ut voluntas tua actus ferventissimos eliciat, sustinendi scilicet, non solum patienter, verum etiam cum animi, vultusque lætitiæ Crucem, quam tunc habueris, unà cum reliquis, quamvis gravioribus, si hoc opus fuerit, ut Dominum imiteris, illumque subleves inter angores commorantem.

Ante oculos tuos dein sistens ignominias,



nias, & amaritudines à Christo pro te per-  
 pessus, ejusque perferentiam, & constan-  
 tiam; te pudeat patientiæ tuæ, eamque vel  
 umbram etiam solam Christi patientiæ  
 appellare; doloresque, & vituperationes  
 tuas veras vocare. Imò, time, & contremis-  
 ce, eò, quòd nullus actus, licet remis-  
 sus, duret in te, qui verè à cupiditate to-  
 lerandi aliquid pro amore Domini proce-  
 dere videatur.

Itaque suffixus in Cruce Dominus liber  
 est, quem tibi, fili, ad legendum propo-  
 no; ex hoc enim expressam virtutis cujus-  
 cunque imaginem sumere potes; &, cùm  
 sit liber vitæ, non solum verbis intelle-  
 ctum erudiet, sed exemplo etiam efficacis-  
 simo voluntatem tuam inflammabit. Li-  
 bris equidem plenus est terrarum Orbis, at  
 illi tam perfectè edocere non possunt mo-  
 dum singulas acquirendi virtutes, sicut op-  
 rimè, se sola, potest Cruci affixi Numinis  
 meditatio.

Quapropter scito, quòd ii, qui multum  
 insumunt temporis in desenda JESU  
 Christi passione, ejusque patientia medi-  
 tanda; & postea in adversitatibus occur-  
 rentibus se impatientes ita ostendunt, tan-  
 quam si quidquid aliud diversum in ora-  
 tione considerassent: similes terrenis mili-  
 tibus sunt, qui sub tentoriis ante certami-  
 nis tempus sibi multa, & magna promit-  
 tunt,

ront,  
 bus, ar  
 ga ded  
 bilius in  
 in nitid  
 tutes,  
 paulò p  
 saltem  
 objicir  
 mur?

HU  
 armis,  
 devind  
 menta  
 tracta  
 genus  
 Sacra  
 U  
 carer  
 rum g  
 atque  
 Q  
 virtu  
 ritis,  
 ejus p  
 genu

runt, at, supervenientibus deinde hostibus, armis unâ cum animo relictis, se fugæ dedunt. Sed quid stultius, & miserabilius inveniri potest, quàm intueri, velut in nitidissimo speculo. Domini nostri virtutes, easque diligere, & admirari, & paulò post ipsarum omninò oblivisci: vel saltem eas nihili facere, cum occasio nobis obicitur, per quam circa illas exerceamur?

## C A P U T LIII.

*De sanctissimo Eucharistia Sacramento.*

**H**ucusque, fili, sicuti optimè tibi quoque notum est, quatuor te instruxi armis, quibus indigebas, ut tuos hostes devinceret: tum nonnulla etiam documenta tibi tradidi, ut prædicta arma benè tractares; superest nunc, ut aliud armorum genus te doceam, sacratissimum nempe Sacramentum Eucharistia,

Ut enim Venerabile hoc Sacramentum cæteris omnibus antecellit, ita istud armorum genus reliquis omnibus excellentius, atque præstantius esse debet.

Quatuor arma supradicta suam omnem virtutem desumunt à Christi Domini meritis, nec non à gratia, quam nobis sanguis ejus promeruit: sed novum hoc armorum genus est ipsemet Christi sanguis, ipsamet

ejus caro, anima, & divinitas; per illa  
 contra hostes nostros Domini virtute cer-  
 tamus, per hoc adversus eosdem, sed unâ  
 cum Christo auxiliante, pugnamus: imò  
 Christus ipse nobiscum, & pro nobis de-  
 certat. Quicumque enim manducat Chri-  
 sti carnem, & bibit ejus sanguinem, ille  
 cum Christo manet, & Christus cum eo,  
 in eo, & pro eo.

Quia verò duobus modis hoc armorum  
 genere uti possumus, seu, ut clariùs lo-  
 quar, quia duobus modis sumi potest hoc  
 sanctissimum Sacramentum: sacramenta-  
 liter scilicet, semel in die: & spiritualiter,  
 singulis horis, ac quocumque momento;  
 ideo in primis frequentius, quò potes, sa-  
 cramentaliter ipsum debes recipere, spiri-  
 tualiter verò semper, & quotiescunque ti-  
 bi placuerit.

#### CAPUT LIV.

*De modo sumendi venerabile Eucharistia Sa-  
 cramentum.*

**D**ilecte Fili, quoniam propter diversos  
 fines ad Sacramentum hoc divinissi-  
 mum accedere possumus, hos ut assequa-  
 mur, variæ res in tria divisa tempora nobis  
 agenda sunt: nimirum: Ante communio-  
 nem: cum sumus communicaturi: & post  
 Communionem.

Ante



Ante Communionem quocunque sine istam ad eam, emundemus nos, atque lavemus, oportet, per pœnitentiæ Sacramentum à maculis lethalis culpæ, si aliqua (quod DEUS avertat) in nobis foret; ac deinde cum affectu, ex toto corde, & anima, totisque ex viribus, atque potentiis nostris, JESU Christo nos tradamus, ejusque totali beneplacito: cum ipse etiam in hoc Sacramento sanctissimo det nobis sanguinem, & carnem suam unà cum anima, & divinitate, nec non etiam simul cum suis meritis. Considerantes autem, quòd parum, vel nihilum sit, quidquid illi retribuimus pro tanti muneris accepti magnitudine, debemus simul cum omnibus rebus nostris offerre illi etiam omne id, quod creaturæ singulæ, sive humanæ sive Angelicæ eidem obtulerunt.

Quare cupiens tu Sacramentum Eucharisticum sumere, ut subjugentur, & prosternantur in te hostes tui, & Dei, priusquam sequenti manè ad sacram Communionem accedas, incipe ab antecedentis diei vespere, vel citius, si potes, & meditate ardentissimum Filii DEI desiderium, ut huic Sacramento sanctissimo locus concedatur in corde tuo: ut sic uniri tecum possit, tibi que auxillium præstare ad quoscunque tuos defectus radiciter evellendos, omnesque tuas malas propensiones affatim eliminandas.

Comperies etenim, si hæc egeris, quòd tale desiderium adeò fervens, & immensum reperitur in Domino, ut à nullo creato intellectu comprehendi possit.

Tu nihilominus, ut alicujus de eo notitiæ particeps fias, duo menti tuæ bene exprimas opus est:

Primò. Ineffabilem Domini clementissimi voluntatem, & placitum commorandi nobiscum. Hoc namque suas esse delicias ostendit per sacram Scripturam, quæ ait: *Delicia mea esse cum filiis hominum.* Quapropter etiam polcit cor nostrum ad inhabitandum in illo, cum per eandem sacram Scripturam hunc in modum loquatur: *Fili præbe mihi cor tuum.*

Secundò. Considerationem hanc tua quoque mente revolvat: nempe, quòd DEUS summopere peccatum odio habeat: tum ut impedimentum ad unionem suam nobiscum tam desideratam ab ipso DEO: tum ut quid omninò contrarium perfectionibus suis. Cùm enim ipse sit summum bonum, lux pura, & pulchritudo infinita, non potest, nisi infinitè odisse, & abominari peccatum, quod nihil aliud est, quàm tenebræ, error, & intolerabilis animarum nostrarum immunditia.

Fervidum autem ita est Domini DEI odium contra peccatum, ut ad ejus consternationem omnia tam veteris, quàm novi  
Te-

Testa  
præse  
qui (u  
culpa  
annih  
morti  
Ex  
et si in  
quod  
ut in c  
suo sq  
que e  
per  
assequ  
precit  
Ven  
ms-ho  
tuos, &  
done il  
viro  
sarios  
H  
dus  
cis tu  
men  
nem  
prim  
tiffin  
prod  
oppo  
ne an  
cies.

Testamenti opera ordinaverit: sed illa præsertim sacratissimæ passionis Filii sui, qui (ut multi servi Dei asseruerunt) ad culpam omnem nostram, etiam minimam annihilandam in nobis, millies denudè morti (si opus esset) exponeretur.

Ex his considerationibus agnoscens tu, etsi imperfectè, magnitudinem desiderii, quod habet Deus ingrediendi cor tuum, ut inde expellas, & omninò debellet tuos, suosque hostes: efficax desiderium tu quoque excita in te, accedendi ad ipsum propter eundem finem. Quod ut facilius assequaris, his vel similibus jaculatoriis precibus uti poteris:

*Veni Domine Deus meus: veni, & adiuva me hominem miserum: veni, & vinca hostes tuos, & meos. O Domine mi amantissime: quando illucescet optatissima illa dies, qua robur à te, vivo, cœlestique panis receptionis omnes meos adversarios, & vitia deprimam, & consternabo.*

His magnanimus, fortisque tui effectus, desumpto animo à spe adventus Ducis tui cœlestis in animam tuam, ad certamen sæpè compelle affectum, seu passionem illam, quam eligisti superandam, reprimendamque per iteratos, & constantissimos actus voluntatis tuæ. Inter hæc produces virtutum actus prædictæ passioni oppositos: Quod quidem vespere, & manè ante sacratissimam Communionem facies.



Cùm verò tantum suscepturus eris Sacramentum, paulò ante, breviter errores tuos considera à tempore antecedentis Communionis usque ad illud percurrento: videbis enim, te ita liberè peccasse, ac si DEUS in terrarum Orbe non inveniretur: vel quasi tot, & talia pro te non esset passus tormenta in mysteriis Crucis; pluris namque fecisti vilissimum tuum animi affectum, & voluptatem, quàm Domini placitum, & honorem. Pro quo ingratiissimi cordis vitio, aliisque tuis erroribus, sancto pudore, metuque percussus timebis sacram adire Communionem, ut offensum à te adeò Numen intromittas in te.

Verùm statim recogitans, quòd abyssus immensurabilis bonitatis divinæ abyssum ingratitude, & exiguæ tuæ fidei invocati: magna cum fiducia ad Deum accede, eique habitaculum pandes in corde tuo, ut omnium quæ in te sunt, totalis, & absolutus Dominus esse possit.

Tunc autem sufficiens, aptumque habitaculum DEO præstabis, ac pandes, cum affectum creaturarum omnino expuleris à corde tuo, illudque ita clauderis aliis, ut soli Deo pateat ingressus ejus.

Ubi verò sacra Communionem refectus fueris, te in secretum cordis tui recipiens, Deum prius adora: tum humiliter, &

revere  
tuo:

Tu

mea,

nem tr

sus m

ipso,

princi

comm

secto

H

eique

pro i

quen

dedit

morat

rium

phum

fecerit

illam

in eo

Quod

par

D

gend

amor

reverenter cum Deo sic loquere in corde tuo :

*Tu vides, mi Deus, unicum bonum anima mea, quam facilis, & pronus ego sum ad offensivam tuam, & quantum possit vitium N. adversus me. Vides quoque, quod me ab hoc, ex memetipso, liberare non valeo; idcirco tibi soli, cuius principaliter interest Certamen meum, hoc ipsum committo: & à te solo victoriam spero atque expecto: quamvis mihi quoque decertare necesse sit.*

Hæc inter, ad æternum Patrem te verte, eique, tum pro gratiarum actione, tum pro tui ipsius victoria offer Filium suum, quem ipse sub speciebus Sacramentalibus dedit tibi, tuoque adhuc in pectore commoratur. Deinde strenuè adversus vitium tuum, non solum auxilium, sed triumphum, cum fiducia à Deo attendas: qui (si feceris quidquid poteris) nunquam tibi illam denegabit, licet quandoque tardus in eo tibi præstando videretur.

### C A P U T LV.

*Quod ad sanctissimam Communionem nos præparare debemus, ut amorem in nobis erga Dominum excitemus.*

**D**ilcte Fili, ut per hoc divinisimum Sacramentum ad Deum tuum diligendum exciteris, mentem dirige in ejus amorem erga te, & vespere percurrenti ad

sacram Refectionem infra posita meditare:  
nimirum.

Quodd magnus, & omnipotens Deus non contentus creasse te ad imaginem, & similitudinem suam: Filiumque suum unigenitum in terram misisse (ut triginta tres annos pateretur pro iniquitatibus tuis, atque ut acerbissimos cruciatus, & crudelissimam Crucis mortem subiret pro redemptione tua) voluerit insuper eundem Filium suum in cibum, salutisque opportunitatem in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento donare tibi.

Attentè, quæso, considera incomparabilem istius amoris pretiositatem, & excellentias, à quibus undequaque perfectus redditur, ac singularis.

Primò. Si ad tempus respicimus: perpetuò, & absque ullo principio dilexit nos Deus: sicut enim ipse in divinitate sua æternus est, ita quoque æternus est amor, quo nos ante omnia sæcula amavit, decrevitque in mente sua Filium suum divinum sub hoc admirabili Sacramento largiri nobis.

Pro quibus omnibus interior exultans, & gaudens sic dicere poteris:

*In illo ergo æternitatis abyssu tanta in estimatione erat apud Deum, adeoque ab eodem Nihilum meum diligebatur, ut mei fuerit recordatus? Tum tali charitatis affectu flagrabat erga me, ut Fi-*  
lium



*lium suum unigenitum in cibum mihi prabere dignatus fuerit ?*

Secundò. Cæteri omnes amores, licèt magni, terminum aliquem habent, nec ultra illum se extendere possunt: sed amor Domini nostri absque mensura omnino est.

Quapropter cupiens DEUS totum amorem suum nobis ostendere, proprium Filium suum in majestate, infinitate, aliisque divinis attributis sibi æqualem, ejusdemque substantiæ ac ipse est, nobis immisit. Unde tantus est amor quantum donum, & tantum donum quantum amor: utrumque magnum adeò, ut altera magnitudo major istà à nullo possit intellectu excogitari.

Tertiò. A nulla necessitate, aut vi ad nos amandum Dominus impulsus est: sed sola intrinseca ejus bonitas ad talem, & tam incomprehensibilem amoris effectum concipiendum erga nos ipsum extrinsece movit.

Quartò. Nullum etiam opus, nullumque meritum nostrum præcedere potuit; ratione cujus immensus Dominus noster tantum amoris excessum patefaceret nobis: sed prædicta omnia unà cum se ipso ob puram charitatem, & liberalitatem suam nobis creaturis suis miseris largitus est.

Quintò. Si cogitationem tuam ad hu-

jus amoris puritatem extenderis, manife-  
 stè agnosces, amorem hunc non esse, ve-  
 lut amores terrenos, propriis nempè im-  
 mixtos utilitatibus; Dominus enim bono-  
 rum nostrorum non eger: cùm, ex se solo  
 absque nobis, felicissimus, & gloriosissi-  
 mus sit intra se ipsum. Quare ineffabilem  
 bonitatem & charitatem suam nobiscum  
 exercere voluit, non propter utilitatem,  
 aut commodum suum, vel minimum, sed  
 propter nostrum tantummodò bonum,  
 & beneficium.

Hæc verò expendens, & meditans, fili,  
 dices intra te ipsum:

*Quid est hoc? Et quomodo esse potest, quòd tam  
 sublimis, & sapiens Dominus cor suum ad me  
 creaturam adèd miserabilem convertat, quòdque  
 omnes suas cogitationes in me reponat? Quid per  
 hæc cupis à me ò Rex gloria? Quid expectas à me,  
 qui nihil aliud sum, quàm exiguus pulvis, atque  
 subjectissimum stercus? Ah! quàm bene percipio,  
 Domine mi, per ferventis tuæ charitatis lumen  
 illustratus, quòd unicum tantùm sit motivum  
 tuum, ex quo, eò clarius etiam amoris tui puritas  
 erga me manifestatur. Nullam enim aliam ob-  
 causam te mihi præbes in cibum, quàm, ut ego in te  
 convertar, non eò quòd mei indigeas, sed solum,  
 ut tu vivens in me, & ego in te, per amoris unio-  
 nem idem fiam, qui tu atque ita ex terreni cordis  
 mei exilitate, unà cum corde tuo divinum quod-  
 dam efficiatur.*

Propterea

Propterea plenus admiratione, eò quòd  
adeò æstimeris, & diligaris à Domino, in-  
tra secretum cordis tui cubiculum te reci-  
pies: ubi agnoscens, nihil aliud intendi, &  
operari à Deo per amorem suum omni-  
potentem, quàm te à creaturis omnibus, te-  
que à te ipso ( qui creatura quoque es ) se-  
jungere, ut omnem amorem tuum trahat  
ad se; tu illico totum te rursus in holocau-  
stum offeras Domino tuo, ita ut imposte-  
rum solus amor divinus, & Dei beneplaci-  
tum moveat te, & moderetur intellectum,  
memoriam, voluntatem, sensum, atque  
omnia tua.

Item agnoscens, quòd nulla alia res in-  
veniri possit, quæ adeò satisfacere queat  
Domino tuo, & te secum unire, quàm su-  
mere Sacramentum istud sanctissimum,  
conare, meliori modo, quo potes, ut cor  
illi præpares atque expandas ad hunc effe-  
ctum.

Scito verò, quòd tunc solùm aperies cor  
tuum, cum illud omnibus rebus terrenis  
clauseris, & per sanctas cogitationes ipsam  
Dominum invitaveris. Imò te ipsius Dei  
constitues Dominum, si, ut ei soli placeas,  
ardenter exoptaveris, atque expectaveris  
adventum ejus. Ad quæ omnia ad interio-  
rem affectum te dispones, nec non etiam  
dicendo intra cor tuum has, vel consimiles  
jaculatorias preces, seu aspirationes:



O cœlestis esca, quanam erit hora illa, qua nullo alio, nisi tui amoris igne, totus comburam in Sacrificium tibi? Quando? quandone illa erit, increate mi Amor?

Quando ego vivam de te, propter te, & tibi soli, ô vivus panis?

Heu, Heu quando, ô vita jucunda, ô vita pulchra, ô vita aeternatempus adveniet, quo solam voluntatem tuam ante oculos meos habeam, oblitus omnino mea?

Quando per veram charitatem uniar tecum ô cœleste ô dulcissimum manna?

Quando? Quando, quemcumque alium terrenum cibum fastidians, te solum cupiam? te uno pascam? Quando hoc erit, ô dulcedo mea? Quando, ô tota spes cordis mei? Heu, heu mi amantissime Domine, mi omnipotens Deus, libera, quaeso, animum meum ab omni vinculo non bono, & ab omni affectu malo: sanctis illum virtutibus exorna, soloque hoc sine ipsummet dita: ut omnia purè propter te, & propter tuum tantummodo placitum posthac efficiam.

Fiat, fiat, oro, in me, Domine, voluntas tua, quia totus tuus ego sum.

In his aurem amoris affectibus exercere te poteris, & præcedenti vel pere ad sacram Communionem, & manè, ut te præparare ad illam possis.

## CAPUT LVI.

*De modo preparandi nos ad sanctissimam Eucharistiam mensam, cum jam tempus propè est adveniendi ipsam.*

**U**BI tempus sacræ Communionis appropinquaverit, meditare fili mi, quemnam accepturus sis, Filium nempe DEI in majestate incomprehensibilem: ante quem Cœli, & Potestates omnes tremunt, ac contremiscunt: Sanctum Sanctorum: Speculum sine macula: & Puritatem incomparabilem, in cujus conspectu nulla creatura invenitur, quæ munda sit.

Illum, dico, suscepturus es; qui omnia, teque ad sui similitudinem creavit.

Illum, qui pro amore tuo, tanquam vermis, & plebis immunditia, voluit despici, calcari, illudi, spûtis conspurcari, & demum ab hominum iniquitate affigi Cruci.

Illum inquam immensum, atque omnipotentem Dominum, in cujus manu vita & mors totius universi semper fuit, & erit.

Tu verò ille es, qui tantum Numen debes sumere, ô vilis homo! Tu, qui ex te Nihilum omnino es? Tu, qui singulis, vel immundissimis creaturis inferior factus es propter peccatum? Tu, tu ergo indignus homo, qui ab omnibus Inferorum demonibus mereris illudi?

Tu, repeto, ô ingratus homo, qui, pro

grati animi ostensione erga tot, & tam magna beneficia, effrenatis animi tui affectibus, & illicitis cupiditatibus tam excelsum, potentem, amabilemque Dominum contempsisti, ejusque sanguinem pretiosissimum conculcâsti?

Ecce nihilominus, ô indigne fili; ecce, quod semper in charitate, & bonitate sua firmissimus, & immutabilis tam bonus Deus ad suam divinam mensam idem ipse te vocat! imò, fateri ingrati fili: nonne quandoque etiam minis, mortisque terroribus cogit te, ut ad ipsam accedas? Ecce ô amor, ô pietas! ineffabilis suæ bonitatis ostium (licet homo tam perversus, & malus sis) tibi non claudit! Ecce divinos humeros suos non vertit contra te, quamvis turpissima scelerum lepra infectus, quamvis energumenus, quamvis cæcus, quamvis claudus, multi que, & innumeris criminibus involutus sis!

Ecce, fili, ecce, etsi ingratiſſimus Deo sis, quæ à te pro tot incomparabilibus muneribus solum petit! Ecce quàm parum petit!

Primò. Ut de offensa doleas adversus ipsum commissâ.

Secundò. Ut super omnia peccatum (grave, & leve) odio habeas.

Tertiò. Ut non tantùm affectu, sed & effectu totum te offeras (cum occasio sese obje-

obje-  
cito.

Qua-  
fidas,  
peccat  
ab hol

Ro-  
Dom-  
acced

torio;  
rente

am tu

Dom-  
sape T

deservi-  
Dom-

quoniam  
venialin

Dom-  
nondum

tua, ob-  
Eia

sine bo-  
tuum,

possum,

Post-  
cretum

clauder  
creatæ  
milibu

O Re



objecerit) divinæ voluntati, ac beneplacito.

Quartò. Ut speres, constanterque confidas, quòd ille tibi ignoscet: quòd te à peccatorum maculis emundabit: quòdque ab hostibus tuis te defender.

Roboratus dein, fili, ab ineffabili hoc Domini amore Communionem sacram accede, cum timore sancto simul, & amatorio; Tum unà cum sacerdote ter proferente: *Domine non sum dignus, &c.* dicetiam tu:

*Domine non sum dignus, ut suscipiam te, quia sepe Te offendi, erroremque meum nunquam desievi.*

*Domine non sum dignus, ut manducem Te, quoniam mundus omninò ego non sum ab effectibus venialium peccatorum.*

*Domine non sum dignus, ut accipiam Te, quia nondum sincerè tradidi me amori tuo, voluntati tuæ, obedientia tuæ.*

*Eia nihilominus, omnipotens DEUS, qui sine fine bonus es, propter bonitatem, & verbum tuum, dignum me fac, ut hac fide Te recipere possim, ò Amor meus!*

Postquam verò communicaveris, in secretum cordis tui te recollige, ibique te claude: tum subinde cujuscunque rei creatæ oblitus, corde colloquere, his, vel similibus verbis cum DEO tuo:

*O Rex Regum, & Dominus Dominantium,*  
Cæ-

Cælorumque, & terra supremum Numen! quis te introduxit in me, qui creatura miserrima sum, cæca, egea, & nuda? Tunc respondebit tibi, ac dicet: Amor causa unica fuit ingressus mei.

Ad hæc iterans tu petitionem dices: O Amor increate! ô dulcis Amor! ô clementissime Amor! quid per hoc à me poscis? Quid à me cupis?

Ad quæ ille tibi: Nihil aliud postulo à Te, quam amorem tuum: neque alium ignem ardere volo in Altari cordis tui, in Sacrificiis tuis, præter ignem amoris mei, qui ceteros omnes amores, tuamque propriam voluntatem exurens, & absumens, odorem mihi tribuat suavissimum.

Hoc semper poposci, & posco, quia nihil aliud cupio, quam ut ego totus tuus sim, tuque totus pariter meus fias.

Quod tamen fieri nunquam poterit, donec te omnino resignaveris placito meo; absque isto enim semper amori, iudicio, nec non cuilibet voluntati honorique tuo adharebis.

Flagito à te (dicet insuper Dominus) Odium tui ipsius; ut amorem tibi meum donare possim. Cor tuum peto, ut in eo commorans meum, ad invicem uniantur, deo namque in Crucis patibulo meum mihi resecratum est: Cupio inquam, ac veto, quidquid tuum est, ut, quidquid ego habeo, tuum sit, atque ita beneplacitum meum in te sit, & beatitudo tua reperiat in me.

Dilecte fili, optime potes agnoscere, quod incomparabilis pretii ego sum; nihilominus propter bonitatem

tatem me  
tu, eme  
Opto  
hil, vel  
& præ  
velim,  
ciam.  
in abyss  
que ego  
Den  
amatus  
actione  
illis te  
omniu  
illorum  
obstru  
võre  
Purga  
tionem  
idem  
in Cru  
Sacrif  
Qu  
re ipse  
sam  
Divin

tatem meam tanti solum appetiari volo, quantum tu, eme igitur me, donando te mihi.

Opto a te (dicet tandem Filius Dei) ut nihil, velis, nihil cogites, nihil videas præter me. Et præter voluntatem meam; ut in te ego omnia velim, omnia putem, omnia intelligam, ac aspiciam. Hoc quippe modo nihilum tuum absorptum in abisso infinitatis meæ convertetur in illam, atque ego summopere contentus vivam in te.

Denique, fili mi, offer Patri cœlesti peramatam Filium ejus; primò pro gratiarum actione: deinde pro necessitatibus tuis, pro illis totius sanctæ Ecclesiæ, tuorumque omnium parentum, ac amicorum, nec non illorum, quibus vinculo licujus beneficii obstringeris: tum postremò omni cum fervore & amore promiseris, & afflictissimis Purgatorii animabus. Hanc autem oblationem cum ea jungas, quam de se idem DEI Filius fecit, cum totus cruentus in Crucis ara se obtulit Patri suo cœlesti in Sacrificium.

Quo pacto omnia etiam Sacrificia offerre ipsimet poteris, quæ die illa, per universam sanctam, Romanamque Ecclesiam Divinæ Majestati offeruntur.





## CAPUT LVII.

*De Communione Spirituali.*

**E**T si non liceat in communionē susci-  
pere sacramentaliter Dominum, nisi  
una vice per diem, possumus nihilominus,  
quacunq; hora, & momento, spirituali-  
ter illum sumere.

Ab hac enim sacra Communionē nulla  
creatura, præter negligentiam, culpabi-  
lemque voluntatem nostram, impedire nos  
potest.

Quæ Communio nonnunquam nobis  
magis utilis, Deoque grata plus esse po-  
test, quàm aliæ non pauca Sacramentales,  
propter defectum tamen nostri, qui Sacra-  
mentaliter Eucharistia reticimur. Hoc ve-  
rò tunc præsertim continget, cùm ad eam,  
non adeo diligenter, præparaverimus nos.

Quoties tamen te dispones, interiùsque  
animam tuam emundabis ob talem ad eun-  
dam Communionem, promptum inve-  
nies ipsummet DEI Filium, ut cibum  
hunc spiritualem propriis suis manibus  
præstet tibi.

Ut autem benè te præpares ad sacram  
Communionem, hac intentione, mentem  
dirige in DEUM, brevique intuitu erro-  
res tuos inspiciens, de illis verum actum  
doloris, & contritionis in te elicias; atque  
inde majori cum humilitate possibili, mul-  
taque

taque cr  
miserati  
novam  
nam, f  
contra  
Simi  
alicui t  
virtutis  
peraga  
præpar  
piscitu  
Ad i  
ri succe  
gratiam  
tuam sp  
bus tuis  
possit ef  
Vel  
Comm  
ro, & ce  
Domine  
meam t  
spiritual  
spiritual  
Quæ  
melior  
munio  
tuas m  
quævis  
pe, ut f  
Ma

taque cum confidentia ipsum exora, ut in miseram animam tuam dignetur ingredi, novamque illi gratiam conferre, qua sanam, fortemque ipsam animam reddat contra adversarios eius.

Similiter, cum vim, & mortificationem alicui tuo appetitui inferre debes, aliquem virtutis actum efficere cura, ut omnia purè peragas propter hoc: scilicet, ut cor tuum præpares Domino, à quo perpetuò concupiscitur, & reposcitur.

Ad ipsum verò DEUM reversus, ardenti succensus desiderio illum invoca, ut tibi gratiam suam velit infundere ob sanitatem tuam spiritualem, libertatemque ab hostibus tuis consequendam, ut sic ipse solus possit esse Dominus cordis tui.

Vel saltem præteritæ Sacramentalis Communionis reminiscens, ex inflammato, & cupido corde, dicito ad Dominum: *Domine Deus meus, quando in miseram animam meam te denuò recipiam? Veni Domine, veni, & spiritualiter ingressus in me adjuva me in rebus spiritualibus.*

Quòd si volueris te disponere, & pro meliori modo, sumere spiritualem Communionem, dirige pridie vesperi omnes tuas mortificationes, virtutumque actus, & quævis alia opera bona ad finem hunc nempe, ut spiritualiter pascaris Domino tuo.

Maturo mane deinde meditans, quod-

nam

nam bonum, & felicitas fit illius animæ, quæ dignè sanctissimo Altaris Sacramento reficitur, (per ipsam enim amissæ virtutes rursus acquiruntur: pristina pulchritudo restituitur animæ: fructusque eidem communicantur, & merita passionis Filii DEI) stude diligentissimè, ut ingens in te cupiditas nascatur suscipiendi ipsum: & quidem, ut purè illi placeas.

Ubi verò hac fueris accensus cupiditate, ad DEUM ipsuni te verte, ac dic:

*Domine, quia concessum hodie mihi non est Te sacramentaliter frui, fac Tu, è increata bonitas, è infinita potentia, ut ego dignè (præmissæ prius per te omnium iniquitatum mearum indulgentiæ, animæque meæ sanitate recuperata) spiritualiter in te recreer, modo, quacunque die, & singulis horis, ita at novam gratiam, & robur semper obtineam adversus omnes inimicos: sed præcipuè adversus hunc, cum quo nunc solum, ut tibi placeam, bellum gero.*

## CAPUT LVIII.

*De gratiarum actione.*

**C**UM, quidquid boni habemus, & facimus, Dei sit, atque à Deo procedat, sequitur, quòd gratias illi reddere debeamus pro quovis bono exercitio, atque victoria nostra, nec non pro singulis, & peculiaribus beneficiis, quæ nobis ab eodem Domino prævenerunt.

Ut

S  
Ut aute  
et, debes  
DEUS m  
municet  
& cogita  
DEO g  
Attran  
ficio pri  
de utilit  
ita med

Qua  
mihi con  
gratiam

Poste  
nihil ter  
neficio  
præter  
fundissi  
affare:

Et q  
nem mo  
confers:

faculoru  
Tan  
neficiu  
quam  
efferv  
tem,  
tuus,  
inserv  
addes



Ut autem possis istud efficere, sicut oportet, debes considerare finem, propter quem DEUS movetur, ut gratias suas tibi communicet, ex hac namque consideratione & cogitatione disces, quomodo respondere DEO gratias opus sit.

Attamen, quia DEUS in quovis beneficio prius honorem suum quærit, & deinde utilitatem nostram: idcirco prius etiam, ita meditando, discurre:

*Quâ sapientiâ, potentiâ, & bonitate Deus mihi concessit, & præbuit istud beneficium, & gratiam?*

Postea agnoscens, quod in te, ut in te, nihil reperiatur, vel minimo dignum beneficio: imò, quod nihil aliud sit in te, præter demerita, & ingrattudines, profundissima cum humilitate Dominum sic affare:

*Et quare Domine, quare non indignaris carnem mortuum intueri? Quare tot mihi beneficia confers? Sit nomen Domini benedictum in secula seculorum.*

Tandem cogitans, quod per illud beneficium nihil aliud requirat DEUS à te, quàm, ut ipsum diligas, eique inservias, efferveat statim, æstuetque in tam amante, atque amabilem Dominum amor tuus, sincerumque desiderium ostendat illi inserviendi, ut ipse cupit. Hinc prædictis addes insuper integram, totalemque tui ipsius

ipsius oblationem, quam isto, vel modo  
consimili facere poteris.

## CAPUT LIX.

*De Oblatione.*

**U**T oblatio tuâ ipsius unde quaque DEO  
sit grata, duo illa habeat, necesse est:  
Primò: Ut uniamur cum oblationibus  
à Christo factis cœlesti Patri.

Secundò: Ut voluntas tua omninò à  
creaturarum affectu disjuncta sit.

Pro primo, sciendum tibi est, quòd Fi-  
lius Dei, nedum seipsum cum operibus  
suis, verùm & nos secum, atque opera no-  
stra cœlesti Patri offerebat. Propterea ob-  
lationes nostræ fieri debent cum unione,  
& fiducia in ejusdem Filii Divini operibus,  
& oblationibus.

Pro secundo, benè considera, antequam  
offeras te, num tua voluntas aliquem affe-  
ctum habeat in se, quo vinciat; si enim  
hujusmodi habeat affectum, ab eo se ex-  
pedire priùs debet. Quare confugies ad  
DEUM, ut subtractum per omnipotèn-  
tem ejus dexteram ab affectu prædicto, li-  
berum, solutumque à terrenis omnibus te  
totum Majestati divinæ offerre possis.

Attamen valde cautus in hoc sis, dilecte  
fili, quia, si te offers DEO, dum adhuc in-  
volutus es cum creaturis, nihil de tuo of-  
fers

fers. sedi  
tunc te  
rum illa  
est: que  
quòd p  
mur.

Hinc  
sint, &  
DEO  
etiam,  
postea  
Possi  
cèt im  
sed cur  
ras, &  
no dei  
servitu  
imò m  
ventio

De  
pedi  
erfi bo  
neque  
quoge  
ram v  
nam  
subm  
perpe  
pulvis  
ne, m  
volun

modo  
 fers. sed id tantum, quod alterius est, cum  
 tunc temporis tuus non sis, sed creatura-  
 rum illarum, quibus tua voluntas addita  
 est: quod multum displicet Domino, eò,  
 quòd per hoc nos ei velle illudere videa-  
 mur.

DEO  
 se est:  
 onibus  
 inò à  
 od Fi-  
 eribus  
 ra no-  
 ea ob-  
 tione,  
 ibus,  
 quam  
 n affe-  
 enim  
 se ex-  
 es ad  
 orten-  
 to, li-  
 buste  
 s.  
 ilecte  
 cia-  
 o of-  
 fers

Hinc oritur, quòd non solum inutiles  
 sint, & absque fructu tot oblationes, quas  
 DEO de nobis ipsis tribuimus, verum  
 etiam, quòd in varios errores, & crimina  
 postea corruamus.

Possumus quidem offerre nos DEO, li-  
 cèt implicati cum creaturis inveniamus:  
 sed cum hac intentione, quòd ejus volun-  
 tas, & beneplacitum nos dissolvat, ut divi-  
 no deinde Numini, ejusque obsequio, &  
 servituti nos totaliter dedere valeamus;  
 imò multum interest, ut istud ingenti, fer-  
 ventique cum affectu sæpissimè faciamus.

Debet igitur oblatio tua esse absque im-  
 pedimento, & propensione ad quemlibet,  
 etsi bonum, tuæ voluntatis actum; ita ut,  
 neque ad bona terrena, neque ad cœlestia  
 quoquo modo respiciat: sed tantum ad pu-  
 ram voluntatem, & providentiam divi-  
 nam: cui te unà cum omnibus rebus tuis  
 submittere debes, atque in holocaustum  
 perpetuum sacrificare; tum proinde cu-  
 rasvis rei creatæ oblitus dicere: *Ecce, Domi-  
 ne, mi Creator, mi Restor, omnia mea in manus  
 voluntatis & providentie tuæ resigno, ac in iis-*  
 dem



dem pono; fac in me, & de me, Domine, quid-  
quid tibi videtur, & placet, sive circa vitam, si-  
ve circa mortem meam; quinimò post mortem  
quoque fac, quidquid vis, tam respectu temporis,  
quam æternitatis.

Si hoc modo cum sinceritate feceris (de  
quo certus fies, cum res contrariæ, adver-  
sæque occurrent) ex terreno felicissimus,  
& Evangelicus evades negotiator; Dei  
namque eris tu, & ille tui: cum DEUS  
semper sit illorum, qui se, tum à creaturis,  
tum à semet ipsis præripientes, secum sua  
omnia donant, & sacrificant æterno  
DEO.

Vides ergo, fili mi, potentissimum  
hunc esse modum superandi quoslibet  
hostes tuos; nam, si prædicta oblatio tua  
ita unit te Deo, ut totus, quantus es, fias  
illius: & ex adverso quantus ille est, totus  
tuus fiat, quis adversarius, vel quænam  
potentia poterit te offendere?

Quotiescunque autem aliquod opus  
offerre DEO volueris, exempli gratiâ,  
jejunia, orationes, actus patientiæ, & alia  
hujusmodi bona, mentem prius converte  
ad oblationem Patri factam per JESUM,  
sutorum jejuniorum, orationum, cætero-  
rumque operum; nixus verò pretio, & vir-  
tute ipsorum opera tua deinde offeres Ma-  
jestati Divinæ.

Quòd si Patri cœlesti Christi opera of-  
ferre

ferre  
hoc, ve  
Rel  
etiam  
tua; c  
sit à t  
mitig  
conf  
JESU  
tion  
do je  
sang  
pies  
conc  
quita  
ra un  
bat, c  
Ecc  
rissim  
ius N  
igno  
accep  
H  
tu qu  
fert  
pre  
pare  
I  
ned  
riur  
cui

ferre volueris pro culpis, & delictis tuis, hoc, vel simili modo offerre ea poteris.

Respicias in communi, & nonnunquam etiam in particulari, & singillatim peccata tua; & ubi cognoveris, quod impossibile sit à te, per te solum, iram offensi Domini mitigari, divinæque justitiæ satisfacere, confuge ad vitam, passionem, & mortem JESU Christi: & aliquam ex ejus operationibus meditare, (exempli gratiâ) quando jejunabat, & orabat, patiebatur, aut sanguinem fundebat; ex his autem percipies, quomodo (ut te Patri suo cœlesti reconciliaret, nec non ut debita solveret iniquitatum tuarum) eidem singula sua opera unâ cum passione, ac sanguine offerrebat, dicens:

*Ecce, mi aterne Pater, justitiâ tuâ abundanti-  
sime satisfacio pro peccatis, & debitis servi hu-  
jus N. Placeat jam benignissima majestati tuâ illi  
ignoscere, eumque in electorum tuorum numerum  
acceptare.*

Hæc verò meditans, fili, oblationem tu quoque, atque preces unigeniti Filii offerre cœlesti Patri, ipsumque roga, ut, propter ea omnia, univèrsis tuis iniquitatibus parcat ad sui nominis gloriam.

Istud autem exercitium facere poteris, nedum transeundo ab uno ad aliud mysterium, verum etiam ab uno ad aliud actum cujuscunque mysterii, neque solum pro te.

sed etiam pro aliis deservire poteris hinc offerendi modus:

### C A P U T L X.

*De sensibili devotione, deque ei contraria ariditate.*

**D**Evotio sensibilis, dilecte fili, modò oritur à natura, modò à diabolo, & modò tiam ab ipsa DEI gratia: ab ejus tamen fructibus facile discernere poteris, à quo procedat; nam, si in te emendatio vitæ non adfuerit, meritò suspicaberis, à quonam sit, an à diabolo, vel à natura; & eo magis, quò majori cum tua complacencia, dulcedine, & affectu, seu etiam cum aliqua tuè ipsius æstimatione conjuncta fuerit.

Hinc, si mentem tuam à consolationibus spiritualibus dulcorari senseris, ne disputes, qua ex parte ortæ sint; neque ita illis adhæreas, ut à cognitione tuè nihili permittas te distrahi: sed majori solertia, actui ipsius odio, stude, ut liberum conserves cor tuum à quovis affectu, licet spirituali: solumque Deum desidera, & ejus beneplacitum. Si enim hoc modo feceris, sive à natura, sive à diabolo consolatio, & dulcedo illa profecta sit, mutabitur in consolationem dulcedinemque, velut à gratia provenientem.

Ari-



Ariditas itidem, vel à nostrâ natura, vel à diabolo, vel à gratia procedere potest.

A diabolo, ut mentem in DEI servitio tepidam reddat, eamque ab opere spirituali avertat, & ad voluptates, terrenasque delectationes convertat.

A natura verò nostrâ, seu à nobis ipsis, propter culpas, terrenos affectus, & negligentias nostras.

A gratia demum, ut moneamur de majori diligentia in repellendis propensionibus omnibus, affectibus, atque occupationibus, quæ non sint ipse DEUS, vel in eundem non referantur; tum etiam, vel, ut agnoscamus, omne nostrum bonum ab ipso DEO proficisci; vel, ut in posterum majori habeamus in pretio ejus dona, magisque humiles simus & cauti in iisdem custodiendis; vel etiam ut arctius cum Divina Majestate uniamur, præmissa totali omnium rerum nostrarum renunciatione, etiam circa spirituales delicias, ne, istis affectu nostro adhærente, dividamus cor nostrum, quod totum vult, cupitque pro se Dominus noster; vel denique, quia sibi complacet idem Deus ob bonum, utilitatemque nostram, ut omnibus nostris vitiis, ejusque gratiæ robore decertemus.

Si te igitur aridum noveris, fili, illico mentis oculos in te converte, ut videas, propter quem neminem defectum tibi sensibilis

devotio subtracta fuerit ; tum ad versus illum congregare in prælio, non quidem, ut gratiæ sensibilitatem rursus recuperes : sed, ut tollas à te, quidquid displicet oculis Majestatis divinæ.

Quod si nullum defectum repereris, devotio tua sensibilis sit, promptissima resignatio voluntati Dei ; siquidem hæc est vera devotio.

Quare magnopere incumbe, ut in prædicta ariditate exercitia spiritualia nunquam intermittas : sed omni conatu illa prosequere ; & licet talia exercitia carere fructu, & spirituali sapore tibi videantur, bibe nihilominus libenter calicem illarum amaritudinum, quem amantissimi Dei tui voluntas tradit tibi.

Si verò ariditas quandoque conjuncta adfuerit cum tot, ac tam obscuris mentis tenebris, ut nescias, quò te vertas, seu quid consilii capias : ne ideò terreatis, sed solitarius, ac, fixus in Cruce illa recumbas ab omni terrena sejunctus delectatione, quamvis hæc à mundo, vel à creaturis offerretur tibi.

Celare tamen debes, fili, angustias tuas cuilibet, præterquam Patri tuo spirituali : cui illas aperies non ad pœnæ tuæ levamen : sed, ut ipse te doceat modum, quo eas perfetas juxta beneplacitum Dei.

Proinde, ne Communionibus, orationibus,

nibus  
taris  
consola  
vires a  
illam a  
cifixi.

Quò  
re mod  
stradi  
liori sa  
& ora.

Tun  
qui, ce  
bis, te  
quens  
effectus  
cor tuu

Dice  
quas ex

Quar  
Eas me  
illi : salu

Ut qu  
portunit  
linguas u

Domu

Revu

sem tuu

Deus

Reco

ris, qu

nibus, cæterisque spiritualibus exercitiis utaris, ut è Cruce descendas, amissamque consolationem recipias: sed tantum, ut vires assumas ad sustinendum Crucem illam ad maiorem gloriam Domini Crucifixi.

Quod si nonnunquam meditari, & orare modo consueto non posses propter distractionem, & turbationem mentis, meliori saltem modo, quo potes, meditare, & ora.

Tum quidquid intellectu non vales exequi, conare, ut peragas voluntate, & verbis, tecum, nec non cum Domino loquens: ex hoc etenim admirabilis in te effectus oriri conspicias: viresque pariter cor tuum assumet.

Dicere ergò poteris in tali eventu aliquas ex his, vel similibus oratiunculis:

*Quare tristes anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare virtus mei, & Deus meus.*

*Ut quid Domine recessisti longè, despicias in opportunitatibus, in tribulationibus! Non me derelinquas usquequaque.*

*Domine vim patior, responde pro me.*

*Revertere, revertere fili mi, fac me audire vocem tuam.*

*Deus Deus meus, quare me dereliquisti?*

Recordatus autem illius doctrine ecclesiasticis, quam Deus tempore tribulationis illi-



lectæ sibi Saræ, Tobiaë uxori infudit, eadem tu quoque utere, dicens cum hilari, atque impavida voce:

*Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quod vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delectare in perditionibus nostris: qui post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem, & fletum exultationem infundis: sit nomen tuum, Deus Israël, benedictum in sacula. Tobiaë 3.*

Meminisse quoque debes Christi tui: qui in hortu, & in Cruce, maximo cum supplicio à Patre suo cœlesti in inferiori, seu sensitiva parte derelictus fuit. Quapropter simul cum ipso Crucem tolerans, dices:

*Fiat voluntas tua:*

Quod si ita feceris, tua ipsa patientia, & oratio flammæ extollent Sacrificii cordis tui usque ad conspectum Dei: tuque verè devotus fies, cum vera devotio (ut superius dixi) sit viva, & paratissima voluntatis promptitudo, nec non firma constantia sequendi Christum cum ejus Cruce super humeros, per quamcunque ille viam ad se nos invitet, ac vocet. Tum vera etiam devotio est: velle Deum propter eundem Deum, & derelinquere quandoque etiam Deum pro ipsomet Deo.

Ita-

Itaque  
sibili  
cant sp  
mulier  
tur, à  
tur; n  
nis ost  
incom  
nus el  
servit  
quæ o  
gloria  
tem n  
Pro  
unt, q  
à pecc  
quand  
omina  
seu cū  
ribus  
tunt,  
Dios à  
quod  
velit d  
Ex  
comm  
despe  
medit  
tio)  
rant.  
No

Itaque, si ab hac regula, & non à sensibili devotione multi hominum, qui vacant spiritui (& præsertim religiosi, atque mulieres) progressum proprium metentur, à se ipsis, & à diabolo non deciperentur; neque inutiliter, & cum ingratitude ostensione dolerent de eo magno, & incomparabili bono, quod sibi ipsis Dominus elargitur: sed majori potius animo, servitio incumberent majestatis divinæ, quæ omnia disponit, & permittit ad sui gloriam, nec non ad bonum, atque utilitatem nostram.

Propterea non pauci in hoc se decipiunt, qui cum timore, & prudentia quadam à peccatorum occasione cavent, ut aliquando ab horribilibus, impuris, & abominabilibus cognitionibus impetuntur; seu cum nonnunquam à turpissimis visionibus obruantur, statim animum amittunt, cogitantque se omnino esse derelictos à Deo; neque sibi suadere possunt, quòd in mente prædictis fœditatibus plena velit divinus Spiritus habitare.

Ex quo fit, ut in hisce cogitationibus commorantes ita se affligant, ut ferè in desperationem ruant, vel saltem redire meditentur (intermisso omni bono exercitio) ad Ægyptum, à qua antea discesserant.

Non benè tamen agnoscunt isti gratiam,

am, quam ipsis Dominus impertitur; ideo enim permittit eos à talibus tentationum spiritibus invadi, quia cupit eos ducere in sui ipsorum agnitionem: atque ita res disponere: ut effecti iidem indigentes auxiliis, ad ipsum propter illud obtinendum accedant. Quare ingratiſſimos se Deo ostendunt, cum tristantur, mœrentque de eo, pro quo deberent potius se devinctos asserere infinitæ Domini misericordiæ.

Qua ratione, si in eventibus illis quandoque fueris, descende in considerationem tuæ malæ propensionis; illam namque Deus permittit ob utilitatem tuam, nimirum ut promptum, paratumque ad quodcunque malum, etiam gravissimum, te agnoscas, nec non, quod absque ejus ope, & auxilio in miseram, extremamque perniciem præceperes.

Ex hoc tandem spem, fiduciamque concipias, quod tibi Dominus auxilium sit allaturus; siquidem medio illo facit, quod periculum agnoscas; tum quærit, ut te trahat ad se per orationes, accursumque ad ipsum; cui debes, hac de causa, humilissimas gratias reddere.

Pro indubitato enim habeas, quod similes spiritus, tentationes, turpesque cogitationes melius repellantur per patientem bonæ tolerantiam, prudentemque earum



excussione[m], quam per anxium nimis  
studium, & repugnantiam.

## CAPUT LXI.

*De conscientia examine.*

**T**Ria tibi consideranda sunt, fili mi:  
pro conscientia examine.

Primò. Errores decurrentis diei.

Secundò. Illorum causa.

Tertiò. Propensio, atque promptitudo,  
quam habes ad gerendum cum illis bel-  
lum, nec non ad acquirendas virtutes ei  
contrarias.

Circa errores, facias, quod dixi tibi in  
Capitulo vigesimo sexto, in quo tractatum  
est, quid sit agendum, ubi à vitiis, hosti-  
bus nostris infensissimis, vulneramur.

Itaque ipsorum causam conaberis ex-  
pugnare, atque atterere.

Ut istud verò assequaris, voluntatem  
tuam munias tui ipsius diffidentia: confi-  
dentia in Deum: oratione: & multitudine  
actuum, per quos vitium odio, virtutem  
que vitio oppositam amore afficias.

Victorias, & bona opera, quæ confece-  
ris, suspecta semper arbitraris.

Præterquam quod consulo tibi, ut ad  
similes operationes non respicias; pericu-  
lum quippe ferme inevitabile in hoc inven-

nitur alicujus absconditi stimuli, qui nos ad inanem gloriam excitet.

Propterea, omissis prædictis omnibus operibus bonis, mentem tuam intende ad majora, quæ remanent peragenda.

Tum bona cuncta à misericordia Domini recognoscens, tanquam à rerum omnium bonarum causa, gratias ei retribuas, eò quòd tot favores, ac dona tibi, illa die, largitus sit: quòd à tot manifestis hostibus, & multò magis ab occultis innumeris te liberaverit: nec non quòd bonas tibi cogitationes immiserit, virtutumque occasiones; & demum pro quovis alio beneficio tibi ab eo præstito, licèt illud eo tempore non cognoscas.

## CAPUT LXII.

*Quòd in hoc Spirituali Certamine semper pugnare oporteat usque ad mortem, sive de perseverantia.*

**D**ilecte Fili, inter cætera, quæ maximè necessaria sunt in nostro Spirituali Certamine, præcipuum fortitur locum perseverantia. Hæc enim debemus incumbere mortificationi nostrarum passionum, quæ nunquam in præsentis vita intereunt; quinimò, adinstar herbæ malæ, semper germinant.

Hoc autem Certamen tale est, quod,  
sicut

sicut non conficitur nisi termino vitæ, ita à nobis devitari non potest: &, qui in eo non pugnat, necessario captivus remanet, ac succumbit.

Adde, quòd dimicamus cum hostibus, qui nos perpetuo odio habent.

Quapropter, vel pax, vel induciæ cum ipsis nunquam sperandæ sunt; crudelius enim illos trucidant, ac lacerant, qui se iisdem amicos reddere quærunt.

Non debes nihilominus contremiscere propter hostium potentiam, & numerum: quia in hoc Spirituali Certamine ille tantum vinci potest, qui vinci vult. Tota namque inimicorum vis, atque potentia in manu Ducis illius est, pro cuius honore, & gloria decertare debemus.

Talis autem Dux non solum non permittet, ut malam aliquod patiaris supra id, quod potes, sed ipsemet pro te arma suscipiet, & tanquam valentior cunctis tuis adversariis victoriam vertet ad manus tuas, dummodo tu quoque simul cum ipso viriliter pugnans, non in te, sed in ejus viribus, robore, ac bonitate confidere velis.

Quamvis verò Dominus, tam citò, palmam tibi non concederet, ne pusillanimis ideò fias; siquidem certissimus esse debes (& hoc non parum juvabit, ut dimices confidenter) quòd Dominus omnia, quæ



consurgent adversus te, illaque in primis, quæ magis victoriæ tuæ adversari putabis (cujuscunque generis sint) in beneficium, bonumque tuum commutabit, si tanquam fidelis, atque intrepidus pugnator fueris in hoc certamine.

Quare, fili, cœlestem Ducem imitatus, qui pro te vicit mundum, sibi que intulit mortem, operam nava, magnanimo corde, huic Spirituali Certamini, nec non totali tuorum hostium exitio. Nam, si vel unum tantum ex istis viventem permiseris, ille foret veluti cuspis indecora, & turpissima in oculis tuis; imò tanquam confixa lateribus lancea, quæ tibi gloriosam tam magni triumphî consecutionem impediret.

### CAPUT LXIII.

*Quomodo preparare nos debeamus adversus hostes, qui nos tempore mortis aggrediuntur.*

**T**Ameti, dilecte fili; tota nostra vita nihil aliud sit, quam certamen perpetuum super terram, præcipua nihilominus, & celeberrima pugnae dies illucescet, cum postrema nostri interitûs aderit hora. Quicumque enim tunc procumbit, non amplius surget.

Quod autem fieri à te debet, ut paratus pro

pro illo tempore inveniatis, hoc est: ut nunc (cùm tempus tibi decertandi conceditur) viriliter pugnes: ille namque, qui benè præliatur, dum sanus est, non difficulter postea victoriam obtinet, quando moritur.

Insuper frequenter, attenta mente, mortem considera: quia, cùm deinde irruet super te, minus eam timebis: mensque tua magis expedita, & parata ad certamen invenietur. Homines terrenis dediti ab ista fugiunt cogitatione, ne voluntatem, & propensionem (quam habent ad terrena,) interrumpant; quibus, eò quòd libenter addicti sint, eorumque amore teneantur, pœna afficerentur, si cogitarent, ea à se aliquando esse relinquenda. Itaque inordinatus horum hominum affectus ad illa non minuitur: sed semper magis, magisque excrescit. Quapropter etiam separatio ab hac vita, & à rebus tam charis causa iisdem est inæstimabilis doloris, ac pœnæ: & quidem majoris illis hominibus, qui prædictis rebus terrenis à multo tempore pasci sunt, ac delectati.

Optimum quoque erit (ut meliùs in re adeò necessaria te præpares) si mentaliter quandoque te solum (absque ullo auxilio) inter mortis angustias sistas: tum in istarum medio ad memoriam tuam referas,

K \*

quæ

quæ te illo tempore perturbare, atque affigere possent: Dein si de remediis item discurras, quæ inferiùs tradam tibi, ut illis inter postremas eas calamitates salubriùs uti valeas; iustus enim, qui una tantùm vice ejaculandus est, optimè priùs debet addisci, ne error subrepat in eo, de quo non admittitur emendatio.

## C A P U T LXIV.

*De quatuor aggressionibus inimicorum nostrorum  
mortis tempore; Et primò de illa contra  
Fidem, deque modo nos defen-  
dendi ab ea.*

**Q**uatuor enumerari possunt, filii mi, aggressiones præcipuæ, magisque periculo obnoxia, quibus nos hostes nostri solent invadere tempore mortis. Sunt autem istæ.

Prima. Tentatio contra Fidem.

Secunda. Desperatio.

Tertia. Inanis gloria.

Quarta. Variæ illusiones, & transformationes dæmonum in Angelos lucis.

Quoad primam aggressionem (de qua tantùm in hoc Capitulo) Statim ac hostis falsis suis argumentationibus incipit te oppetere, continuò ab intellectu ad voluntatem te transferas, & dicas:

*Vade*

*Vade  
nec autem  
dere satis  
na Eccle  
Hin  
cogita  
tibi fa  
eas pr  
malig  
quari  
Qu  
cessari  
advoc  
ration  
tibus  
omnes  
ducta  
objicien  
que evi  
Sive  
rer, q  
respon  
scienq  
verbis,  
Fidei;  
dilacer  
na Eccle  
addere  
nam sic  
sum rep*



*Vade retro Satana pater mendaciorum : quia nec aures ad te inclinare volo ; siquidem mihi credere satis est , id , quod à sancta Matre mea Romana Ecclesia , revelante Numine , creditur .*

Hinc neque admittas , fili , si fieri potest , cogitationes adversus Fidem , quamvis tibi familiares , & benevolæ videantur : sed eas pro diaboli motibus habeas , per quos malignus ille hostis prælium suscitare querit adversus te .

Quòd si fortasse tempus tibi deficiat necessarium , ut mentem in tutum asylum advoces , fortiter , constanterque resiste , ne rationibus , vel sacræ Scripturæ auctoritatibus ( quas afferet adversarius ) assentiaris , omnes enim , vel mutilatæ , vel malè adductæ , sive non rectè interpretatæ semper objicientur , quamvis optimæ , claræ , atque evidentissimæ tibi viderentur .

Si verò callidissimus hostis à te reposceret , quid Romana credat Ecclesia ? ne illi respondeas , sed ejus agnoscens fallaciam , sciensque , quòd te decipere studeat in verbis , elice actum intrinsecum vividioris Fidei ; seu etiam , ut à suamet rabie hostis dilaceretur , responde , quòd sancta Romana Ecclesia veritatem credit ; cui , si adhuc adderet ille , aliquid , peteretque , quænam sit hæc veritas , tu iterum , atque iterum repete : illud omninò veritas est , quod

Ro-

Romana eadem mea mater Ecclesia profiretur, & credit.

Super omnia tamen intentum, fixumque semper serua cor tuum ad Crucifixum JESUM, & dic: *Deus, meus, Deus meus, Creator, & Salvator meus, cito mihi succurre, ne discedas, quaeso, à me, Domine, ne ego quoque discedam, à sancta Fidei Catholica veritate: Placeat tibi, rogo, mi JESU, ut in hac vera Fide (sicuti ob maximam tuam gratiam natus sum) dies mortalis vita mea consciam: & ad sempiternam tuam gloriam decumbam.*

### CAPUT LVX.

*De secunda aggressionem, nempe de desperatione, ejusque remedio.*

**A**ltera aggressio, qua dæmon impiissimus conatur nos atterere, est horror, quem nobis incutit per recordationem iniquitatum nostrarum, ut in profundum in desperationis prolabamur.

Hoc in periculo, infallibili hac nitaris regula: tunc scilicet cogitationes de peccatis tuis, tum à gratia divina, tum ad salutem esse, cum in te producant humilitatem, dolorem de offensa Dei, atque confidentiam in ejusdem bonitate. Quòd si te inquietum efficiunt, & ad diffidentiam, pusillanimitatemque compellunt, licet de rebus

rebus ve  
parear  
damnat  
pro te a  
nis de  
existim  
gisque  
doli fe  
deviatio  
non ex  
Hin  
sa Dei,  
volo er  
gentiar  
dentia i  
Quin  
etiam si  
us ipse,  
non deb  
illo: te  
hunc in  
Domine,  
jorem ego  
jus mihi  
Quap  
salutem  
malitia  
rum g  
Volo sal  
gloriam  
me in p

rebus veris videantur, atque efficaces appareant ad persuadendum tibi, quod sis damnatus, quodque tempus salvationis pro te amplius non detur, omnes communis deceptoris effectus esse indubitanter existima; propterea magis te humilia, magisque in Deo confide. Hoc quippe modo si feceris, adversarium ipsiusmet armis devinces, honoremque Domino tribues non exiguum.

Hinc cupio quidem, ut doleas de offensa Dei, quoties illius recordaris: sed tamen volo etiam, ut remissionem, atque indulgentiam petas ab eodem Deo cum confidentia in ipsius passione, ac morte.

Quinimò attende ad id, quod dico fili, etiam si tibi videretur, quod assereret Deus ipse, te inter oves suas non numerari, non debes, idcirco amittere fiduciam in illo: sed potius ei humiliter respondere hunc in modum: *Magna causa tibi est, fateor, Domine, ut pro peccatis meis me reprobes: sed majorem ego longè invenio in pietate tua, ratione cuius mihi ignoscas.*

Quapropter à te enixè flagito, Domine salutem hujus miseræ creaturæ N: verè à malitia sua damnatæ: sed per sanguinem tuum quoque pretiosissimum redemptæ. Volo salvari per te. Redemptor meus, ad gloriam tuam. Quare maxima cum fiducia me in piissimas tuas manus totum commendo.



mendo. Fac de me, quidquid tibi placet: quia tu unicuses Dominus meus, & Deus meus; & quamvis me occideres, virides nihilominus semper, vividaque spes meae conservabuntur in te.

## CAPUT LXVI.

*De tertia aggressione, id est de inani gloria.*

**T**ertia aggressio est inanis gloriae, seu praesumptionis. Quare,

Ante omnia, ne permittas unquam, ut ad tui ipsius, vel operum tuorum complacentiam, vel minimam, deducaris: sed complacentia tua pure in Domino, in ipsius misericordia, nec non in operibus vitae, & passionis ejus constituta sit.

Humilia te nihilominus semper in oculis tuis, usque ad ultimum spiritum; & cuiusque boni operis, quod menti tuae obijciatur, solum Deum pro Auctore recognosce. Recurre quidem ad ejus auxilium; sed illud nunquam expectes ob merita tua, quamvis hostem egregie profligasses, & in multis, magnisque pugnis exuperasses. Tum sancto nixus timore ingenuè semper fatearis, quod cuncta tua munimina inania, atque inutilia forent, si te Deus non protegeret sub alarum suarum umbra: in cujus unica subventionem tota tua confidentia figenda est.

Fili,

Fili.  
mi pra  
sed latit  
vateas a

De qu

**D**ill  
n  
finit)  
transfi  
retur te  
territus  
agnition  
mo dic  
Satanas  
alterius  
precum  
Anna,  
Si vi  
fermè  
sz, vic  
quò pl  
timeas  
tate, &  
do De  
Domi  
agere c  
an itte

Fili, si mōnita mea observaveris, hostes  
tui prævalere non poterunt adversus te;  
sed latissima tibi via pandetur, qua tutè  
valeas ad cœlestem Jerusalem pervenire.

## C A R U T LXVII.

*De quarta aggressione, scilicet de illusionibus,  
falsisque imaginibus.*

**D**ilecte fili, si tandem communis hostis  
noster (qui nunquam nos affligere de-  
finit) sub fallacibus imaginibus, nec non  
transfiguratus in lucis Angelum aggre-  
deretur te, constans nihilominus, ac imper-  
territus in tui ipsius, tuæque nullitatis  
agnitione persevera, tum corde magnani-  
mo dic illi: *Redi, redi ad tenebras tuas infelix  
Satana: nam ego non mereor has visiones, nec  
alterius indigeo rei, præterquam misericordia Dei,  
precum MARIE Virginis, sancti Josephi, sanctæ  
Anna, cæterorumque Sanctorum.*

Si verò prædicta omnia, ob multa, &  
firmè evidentia signa, res à Cœlo demis-  
sæ, viderentur tibi, eas nihilominus à te,  
quò plus poteris, rejice, & repelle. Neque  
timeas, quòd repugnantia hæc in indigni-  
tate, & exilitate tua fundata possit aliquan-  
do Domino displicere. Nam, si ea verè à  
Domino fuerint, optimè ipse sciet; quid  
agere debeat, & tu nihil omnino per illa  
arctes. Siquidem, qui humilibus dat  
gra-

gratiam, illam ab iisdem non aufert pro-  
pter actus, qui eliciantur humilitatis.

Hæc sunt, fili, communiora arma, qui-  
bus hostis noster uti solet in extremo,  
acerrimoque certamine adversus nos.  
Quemlibet tamen etiam impetit diabolus  
juxta propensiones particulares, quibus  
eum magis deditum esse cognoscit. Idcir-  
cò priusquam hora accedat magni Confl-  
ctus, opus est, ut contra affectus, & motus,  
qui actiores sunt, magisque regnant in no-  
bis, benè armis instiuamur: & fortiter,  
viriliterque certemus, ut facilior esse possit  
victoria eo tempore, quo nobis tem-  
pus omne surripietar ad hoc  
idem agendum.

*Pugnabis contra eos usque ad inter-  
necionem. I. Regum 15.*



INDEX





# INDEX

## CAPITULORUM, QUÆ IN PRIMA PARTE CERTAMINIS SPIRITUALIS CONTINENTUR.

- C**AP. I. *In quo consistat vera Christiani hominis perfectio, quòd pro ea pugnandum sit; & de quatuor mediis ad eam obtinendam necessariis.* Fol. 1.
- C**AP. II. *De Diffidentia sui ipsius.* 9
- C**AP. III. *De Confidentia in DEUM.* 12
- C**AP. IV. *Quomodo cognoscitur quando homo cum diffidentia sui ipsius, & in Deum confidentia operatur.* 16
- C**AP. V. *De multorum errore, à quibus inter virtutes pusillanimitas numerantur.* 18
- C**AP. VI. *De aliis mediis, per quæ diffidentiam nostræ, & confidentiam in Deum obtineamus.* 19
- C**AP. VII. *De Exercitio; & primò de intellectu, qui cautè ab ignorantia custodiendus est.* 21
- C**AP. VIII. *De altero hoste, seu de curiositate à qua intellectum tueri quoque debemus, ut re tè decernere possit.* 24
- C**AP. IX. *De causa, propter quam res bene à nobis non cognoscantur; & de modo, quo re tè cognosci possint.* 27
- CAP.

I N D E X.

- CAP. X. De voluntatis Exercitio; & de scopo, in quem omnes nostra intentiones, & exteriores operationes, collimare debent. 29
- CAP. XI. De quibusdam considerationibus, qua voluntatem nostram possunt inducere ad operandum omnia propter hunc solummodo finem, placendi DEO. 37
- CAP. XII. De duabus voluntatibus, qua sunt in homine; & de pugna earum inter se. 38
- CAP. XIII. De modo pugnandi aduersus motus inferi ris, seu sensualis voluntatis, nec non de actibus, quos nostra superior, & rationalis voluntas debet elicere, ut virtutum habitus compareret. 43
- CAP. XIV. Quid agendum, cum superior nostra voluntas ab inferiori, & ab aliis hostibus victa, atque subjugata omnino videtur. 50
- CAP. XV. De quibusdam munitis circa modum certandi, & praesertim aduersus quos hostes, & qua virtute certandum est. 54
- CAP. XVI. Quomodo primo mane debeat Christi miles egradi ad certamen. 56
- CAP. XVII. De ordine seruando in Certamine contra malas propensiones nostras. 60
- CAP. XVIII. De modo subitis passionum motibus consistendi. 61
- CAP. XIX. De modo certandi contra vitium carnis. 63
- CAP. XX. De modo certandi aduersus negligentiam. 71
- CAP. XXI. De exteriorum sensuum regimine; & quo.

Et quomodo per illos transire possimus ad Divi-  
nitatis contemplationem. 77

CAP. XXII. Quomodo res ipsa medium nobis  
esse possunt ad sensus nostros moderandos: tran-  
situm nempe faciendo ad incarnati Verbi, ejus-  
que vita, & passionis considerationem. 82

CAP. XXIII. De novo modo sensus nostros mo-  
derandi juxta varias occasiones, quae nobis oc-  
currunt. 85

CAP. XXIV. Modus moderandi linguam. 92

CAP. XXV. Ut Christi miles bene contra suos  
hostes deceret, debet pro omnibus suis viribus  
cordis perturbationes, & molestias effugere. 95

CAP. XXVI. De eo, quod a nobis agendum est,  
ubi ab hostibus fuimus vulnerati. 100

CAP. XXVII. De ordine, quem servat diabo-  
lus in pugnando, & in decipiendo, non tantum  
illos, qui cupiunt se omnino virtuti tradere,  
verum eos etiam, qui jam in peccati servitute  
detinentur. 104

CAP. XXVIII. De sertamine, atque fallaciis,  
quibus utitur demon adversus illos, quos in  
peccatorum servitute devinctos tenet. 105

CAP. XXIX. De arte, atque fallaciis, quibus  
demon illaqueatos eos tenet, qui proprium  
malum agnoscentes, vellent ab illo liberari;  
& quare effectui saepe careant proposita nostra? 106

CAP. XXX. De illorum errore, qui se velociter  
ad perfectionem pergere arbitrantur. 110

CAP. XXXI. De insidiis, atque certamine, qui-



I N D E X.

- bus diabolus utitur, ut à nobis deseratur via-  
qua ad virtutem perducit. 112
- CAP. XXXII. De quinta, seu ultima aggressio-  
ne, & fallacia, qua nos tentat diabolus, ut  
virtutes acquisita occasiones exitii nobis sint. 118
- CAP. XXXIII. De quibusdam monitis ad ma-  
las tentationes subjugandas, virtutesque novas  
adipiscendas. 127
- CAP. XXXIV. Quòd paulatim virtutes acqui-  
renda sunt, nempe per earundem gradus pos ex-  
ercendo, atque uni prius, & postea alteri ope-  
ram dando. 131
- CAP. XXXV. De mediis, quibus obtinentur  
virtutes; & quomodo illis uti debeamus, ut  
pro aliquo tempore uni soli navemus operam. 133
- CAP. XXXVI. Quòd in virtutum exercitio cum  
solicitudine continua progredi oporteat. 136
- CAP. XXXVII. Quòd fugienda non sint occa-  
siones, que ad consequendas virtutes sese offe-  
runt; eò vel maxime, quòd in virtutum exer-  
citatione semper esse debeamus. 138
- CAP. XXXVIII. Quòd grata, & chara nobis  
esse debeant occasiones omnes decertandi propter  
virtutum consecutionem, & illarum vel  
maxime, qua majores secum afferunt difficul-  
tates. 141
- CAP. XXXIX. Quomodo diversis occasionibus  
uti possimus, ob unius, ejusdemque virtutis  
exercitium. 144.
- CAP.

CAP. X  
tis exer  
quibus  
libus  
CAP. X  
ptione  
& de  
bis pro  
CAP. X  
cum q  
CAP. X  
nostra p  
ad jud  
& dem  
CAP. X  
CAP. X  
CAP. X  
tionis.  
CAP. X  
ditatio  
CAP. X  
RLÆ  
CAP. X  
bus; &  
confu  
CAP. X  
Angel  
CAP. X  
si; &  
possi

INDEX.

- CAP. XL.** De tempore, quod in unius virtutis exercitio insumendum est, & de signis, ad quibus cognoscere possumus nostrum in spiritualibus progressum. 147
- CAP. XLI.** Quod cupere non debemus exemptionem a molestiis, quas patienter perferimus; & de modo nostras gubernandi passiones, ut nobis prodesse possint. 149
- CAP. XLII.** De modo vim inferendi demoni, cum querit decipere nos per indiscretionem. 151
- CAP. XLIII.** Quam potens in nobis sit mala nostra propensio, nec non demonis incitatio, ut ad iudicandum de nostro proximo nos inducat; & demum de modo iidem resistendi. 155
- CAP. XLIV.** De Oratione. 158
- CAP. XLV.** Quid sit oratio mentalis? 165
- CAP. XLVI.** De oratione per modum meditationis. 167
- CAP. XLVII.** De altero modo orandi per meditationem. 170
- CAP. XLVIII.** De modo orandi medio *MARIE* Virginis. 171
- CAP. XLIX.** De quibusdam considerationibus, ut cum fiducia ad *MARIAM* Virginem confugiamus. 174
- CAP. L.** De modo meditandi, & orandi medio Angelorum, & Beatorum incesione. 176
- CAP. LI.** De meditatione passionis *JESU* Christi; & quomodo plures ex ea affectus excerpti possint. 179

Pars I.

**CAP.**

I N D E X.

- CAP. LII. De profectu, qui derivari potest  
in nos è Crucifixi Domini meditatione, ejusque  
virtutum imitatione. 187
- CAP. LIII. De sanctissimo Eucharistia Sacra-  
mento. 193
- CAP. LIV. De modo sumendi Venerabile Eu-  
charistia Sacramentum. 149
- CAP. LV. Quòd ad sanctissimam Communio-  
nem nos preparare debemus; ut amorem in no-  
bis erga Dominum excitemus. 199
- CAP. LVI. De modo preparandi nos ad san-  
ctissimam Eucharistia mensam, cum jam tem-  
pus prope est ad eundem ipsam. 205
- CAP. LVII. De Communionis spirituali. 210
- CAP. LVIII. De gratiarum actione. 212
- CAP. LIX. De oblatione. 214
- CAP. LX. De sensibili devotione, deque ei  
contraria ariditate. 218
- CAP. LXI. De conscientia examine. 225
- CAP. LXII. Quòd in hoc spirituali Certamine  
semper pugnare oporteat usque ad mortem: sive  
de perseverantia. 218
- CAP. LXIII. Quomodo preparare nos debeat  
mus adversus hostes, qui nos tempore mortis  
aggreuntur. 226
- CAP. LXIV. De quatuor aggressionibus ini-  
micorum nostrorum mortis tempore, & primo  
de illa contra Fidem, deque modo nos defen-  
dendi ab ea. 230
- CAP.



I N D E X.

CAP. LXV. De secunda aggressione, nempe  
desperationis, ejusque remedio. 232

CAP. LXVI. De tertia aggressione, id est de  
inani gloria. 234

CAP. LXVII. De quarta aggressione, scilicet  
de illusionibus, falsisque imaginibus. 235

F I N I S.



OPUSC

LA

S

E

CAP

In quo  
Tract

I. Ac

II. Vi

III. De

IV. M

*Versio*

*Ex*

A P


C


EX C

Sup

atavi  
pho  
in  
ulo.  
, ut  
rum  
que.  
ione  
mis-  
NE  
uit.  
CU-  
gō  
lia  
In-  
ue  
A-  
ab  
(r)

















De presentia Del fol: 23.






Biblioteka Jagiellońska



stdr0025031





CA.  
asset: Lat:  
No 46.